- In Valle Pulicella in eccl. S. Georgii. Inscriptio ciborii: 'Edificatus est hanc ciborius sub tempore dn. Lioprando rege et ven. Paterno Domnico epescopo . . . et Refol gastaldio'. Maffei, Mus. Veron. p. 181; Troya 487 etc.
- Ticini in eccl. S. Mariae mai. Versus laminae ferreae inscripti: 'Templum Dñō devotus condedit Anso tempore praecelsi Liutprandi . . regis'. Muratori, Ant. IV, 766; Id., Novus thes. inscr. p. 1883; Zaccaria, Exc. litt. per Ital. p. 206; Troya 486 etc.
- (Lucae) Teutpald, Dommulus et alii Lucenses fundant ecclesiam et xenodochium S. Silvestri, praediisque ditant. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. III, 566; Brunetti I, 459 no. 14; Barsocchini V, 2, 6 no. 8; Troya 425. (Tempus ex charta Luc. 720, Mart. fere cognoscitur). 62

720. Ind. 3— Spt. 1—4; Liutprandi a. 8— Iun. 10—9.

Jan. 29. Pisa. Sunduald vir honorabilis vendit Filicauso medietatem casae suae infra civitatem Pisam sitae. 'Regn. . . Liutprand rege anno VIII. sup die IV. Kal. Febr. per ind. III'. Ex arch. archiep. Pis. ed. Muratori, Ant. III, 1003; Brunetti I, 457 no. 13; Troya 424. 63

Mart. 1. — Liutprandus nova capitula edicto adiungenda 'cum inlustribus veris optimatibus . . . vel universis nobilibus

Langobardis' edit 'anno regni VIII. diae Kal. Mart. ind. III'. MG. LL. IV, 113.

Mart. In Vaccule prope ecclesia S. Laurenti et S. Valentini. Aunefrid clericus donat omnes res suas ecclesiae SS. Laurentii et Valentini ea conditione, ut ipse dum vivat usumfructum habeat. 'Regn. Liutprand . . anno regni eius VIII, ind. septima'. Ex arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 2^b, 67 no. 35; Troya 423. (Error in indictione videtur, Bertini et Troya legunt 'secunda' pro 'septima' et chartam tribuunt a. 719, quod anno regni superscripto obloquitur). 64

Mart. Luca. Aufrid vendit hortum ad ecclesiam S. Silvestri situm Teutpaldo, Aunualdo aliisque civibus Lucensibus. Ex arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. III, 367; Troya 426. 65

Apr. 2. Ticini in monasterio S. Mariae. Epitaphium Theodotae praesidis monasterii S. Mariae Ticinensis, mortuae 'II. d. mensis Apr. ind. III'. Muratori, Ann. a. 700. IV, 198; Zanetti II, 474; Oltrocchi, Hist. Mediol. Lig. p. 580; Sacchi, Antichità Rom. d'Italia I, 258; Troya 375. etc. (Tempus non satis certum; aut huic aut anno 705. maximo iure tribuendum).

Aug. Beneventi in palatio. Romualdus dux (Beneventanus) donat 'per rogam Tudelachis gastaldi' Urso vestarario suo condomam. Reg. S. Sophiae Ben. III, 1. Ughelli X, 457; Troya 430. 66

721. Ind. 4—Spt. 1—5; Liutprandi a. 9—Jun. 10—10.

Mart. 1. — Liutprand nova capitula edicto addenda cum 'iudicibus et reliquis Langobardis fidelibus' promulgat 'anno regni . . IX. diae Kal. Mart., ind. IV'. MG. LL. IV, 116.

Mai. 12. Placencia. Anstruda mulier se tradit acceptis solidis 3 in mundum Sigiradi et Arochis fratrum 'pro eo quod servus vester in coniugio tuli. Regn. Liutprand . . anno tercio, XII. diae mensis Madias, ind. quarta'. Orig. arch. S. Fidelis Mediol. ed. Fumagalli, Ant. Lang. Milanesi I, 257; Id., Cod. dipl. S. Ambrosiano p. 1; Troya 434; MG. LL. IV, 658; Hist. patr. mon. XIII, 3. (Porro-Lambertenghi novissimus chartae editor putat omissum esse 'decima' post 'quarta' et chartam anno 716. tribuit, neque vero ind. XIV. anno Liutprandi III. respondet). 67

Ante Jun. 10. Luca. Pertuald donat ecclesiae S. archangeli Michaelis Lucensi ab ipso fundatae multas possessiones 'anno . . regni IX. per ind. IV'. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. III, 567; Brunetti I, 463 no. 15. — Ex alio apogr. eiusdem arch. Bertini IV, 1^b, 68 no. 36. — Troya 432. 68

Nov. Beneventi in palatio. Romualdus dux (Beneventanus) donat Zachariae abbati monasterii S. Sophiae casas ad Ponticellum cum familia. Reg. S. Sophiae Benev. II, 4. Ughelli X, 447; Troya 378. (Aut huic aut anno 706. tribuendum). 69

* — Liutprandus Adeodato Cumanae ecclesiae episcopo comitatum Berinzonae concessit, primum episcopatus patrimonium, ac perplures decimas et redditus de bonis regalibus, ipsamque ecclesiam sub regali suscepit patrimonio. Anno 721'. His verbis citat Tatti, Ann. sacri di Como I, 944 (Troya 435) praeceptum donationis, quod a Rovelli, Storia di Como I, 368 summo iure spurium habetur. 70

722. Ind. 5 — Spt. 1—6; Liutprandi a. 10 — Iun. 10—11.

Ante Jun. 12. — Liutprandi legum capitulum anno X. regni eiusdem a quibusdam codicibus tribuitur. Cf. MG. LL. IV, 121.

Mai. Ad S. Stephanum erga mare. Romualdus dux (Beneventanus) donat Zachariae abbati (monasterii S. Sophiae) ecclesiam 'in loco qui nominatur Quintusdecimus. Actum . . . mense Maio per ind. V'. (Ideo et huic et anno 707. tribui potest). Reg. S. Sophiae Ben. I, 22; Ughelli X, 433; Troya 380. 71

Jun. 10. — Sept. 1. Luca. Ursus donat coenobio monachorum S. Mariae ab ipso fundato, cuius abbatissam filiam Ursam constituerat, diversas possessiones, decernit, ut, Ursa mortua, altera filia Anstruda abbatissa ordinetur. 'Regn. Liutprando . . a. regni XI, per ind. V'. Inter testes Talesperianus episcopus. — Apogr. arch. archiep. Luc. — Muratori, Ant. V, 503; Brunetti I, 465 no. 16; Barsocchini V, 2, 8 no. 10; Troya 438. 72

723. Ind. 6 — Spt. 1—7; Liutprandi a. 11 — Iun. 10—12.

Jan. Luca. Aurinand et Gaidofrid fratres fundant ecclesiam S. Petri in loco Castellione ea conditione, ut ipsis suisque filiis ibidem sacerdotem ordinandi potestas sit. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. V, 371; Brunetti I, 467 no. 17; Barsocchini V, 2, 9 no. 11; Troya 439. 73

Febr. Benevento in palatio. Romualdus dux (Beneventanus) confirmat Zachariae abbati privilegia monasterii S. Sophiae ad Ponticellum. 'Act. . . mense Febr. per ind. VI'. (Et hoc et mox laudandum praeceptum Romualdi annis 723. aut 708. supponendum). Reg. S. Sophiae Ben. II, 3; Ughelli X, 446; Troya 381. 74

Mart. 1. — Liutprand 'iterum in quinto volumine' capitula legum edicto adiungenda edit 'a. regni XI, ind. VI'. MG. LL. IV, 121.

Apr. Beneventi in palatio. Romualdus dux (Beneventanus) donat Zachariae abbati (monasterii S. Sophiae) omnes possessiones quondam Totonis Transpadani. 'Act. . . per

ind. VI'. (Cf. supra Febr. h. a.) Reg. S. Sophiae II, 12; Ughelli X, 451; Troya 382. **75**

724. Ind. 7— Spt. 1—8; Liutprandi a. 12— Iun. 10—13.

Mart. 1. — Liutprand rex 'una cum iudicibus et reliquis Langobardis fidelibus' edit 'in sexto volumine' capitula legum edicto addenda 'a. regni XII . . ind. VII'. MG. LL. IV, 128.

Mart. Beneventi in palatio. Romivialdus [Romualdus?] dux (Beneventanus) confirmat Zachariae abbati monasterii S. Sophiae ad Ponticellum omnes possessiones. Reg. S. Soph. Ben. II, 1; Ughelli X, 445; Troya 384. (Utrumque praeceptum Romualdi ind. VII. datum, quod sub hoc anno exhibetur, iam anno 709. tribui potest). **76**

*Apr. 2. — Liutprandus rex donat ecclesiae S. Carpori Comensi diversa praedia. Spurious. 'Dat. . . . anno dominicae incarnationis DCCXXIV' etc. Ex apogr. ed. Tatti, Ann. sacri di Como I, 944; Troya 445. **77**

Mai. In Borfaniano. Romualdus dux (Beneventanus) donat 'per rogum Annumis actionarii' Theodorico abbati monasterii S. Petri 'ad aquam S. Petiti' quatuor colonos 'cum casa et terrula in loco Gratiano'. (Cf. supra Mart. h. a.) Reg. S. Soph. III, 32; Ughelli X, 468; Troya 385. **78**

723, Spt. 1— 724 Iun. Florentia. Speciosus episcopus (Florentinus) donat ecclesiae b. Iohannis bapt. curtem. 'Regn. . . Liuprando . . a. regni XII, ind. VII'. Inter testes: 'Ego Alfuso scavino ss.' (cf. Waitz, Gött. gel. Anz. 1856, p. 1570). Ex autogr. arch. capit. Florent. ed. Brunetti I, 469 no. 18; Troya 446. **79**

Spt. Oct. Luca in eccl. S. Petri. Talesperianus episcopus (Lucensis) concedit Romualdo, ut cum uxore in monasterio SS. Petri, Martini, Quirici in loco Capannule resideat. 'Regn. Liutprand. . . a. regni XIII, ind. VIII'. (Charta ante sequentem mensis Oct. facta mihi videtur, quare mensi Sept. vel Oct. eam ascripsi). Ex arch. archiep. Luc. Muratori, Ant. VI, 402; Brunetti I, 473 no. 19; Barsocchini V, 2, 10 no. 13; Troya 449. **80**

Oct. Luca in eccl. S. Petri. Romualdus presbyter cum Ratperga uxore donat ecclesiae SS. Petri, Martini, Quirici in loco Capannule omnes res suas. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 4 no. 2; Troya 448. **81**
— Spoleti Transmundus II, filius Faroaldi II, dux. PD. VI, 44; Ann. Farf. ad a. 724: MG. SS. XI, 588; Cf. Fatteschi p. 24; Pabst, Forsch. II, 469.

725. Ind. 8— Spt. 1—9; Liutprandi a. 13— Iun. 10—14.

Jan. — Transmundus dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi) decimas quorundam locorum et terram

in fundo Germaniciano. 'Datum . . ind. VIII. sub Rimone gastaldio'. Reg. Farf. II. Galletti, Delle tre chiese di Rieti p. 10; Troya 526, qui chartam anno 740. tribuit, quod minus probabile, quia tunc Transmundus ducatu expulsus ante paucos dies Spoletum receperat. 82

Mart. 1. — Liutprand rex quaedam capitula edicto addenda promulgat 'a. regni XIII . . ind. VIII'. MG. LL. IV, 133.

Mai. — Trasmundus dux (Spoletinus) tradit, petente Luceri presb. et abbate, monasterio S. Mariae in loco Acutiano sito ecclesiam S. Getulii. 'Datum . . . per ind. VIII. sub Scaptolfo gastaldio'. Reg. Farf. no. 9; Galletti, Gabio illustrato p. 18; Troya 452. 83

Jun. 6. Mediolani. Ermetruda vendit Totonii puerum Saoreanum pretio sol. 12 accepto. 'Regn. . . Liutprand . . anno XIII, . . ind. VIII'. Ex autogr. arch. dipl. Mediol. ed. Fumagalli, Cod. dipl. S. Ambr. p. 12; Troya 453; Hist. patr. mon. XIII, 4; Sickel, Mon. graph. I, tab. IV. 84

726. Ind. 9— Spt. 1—10; Liutprandi a. 14— Iun. 10—15.

Mart. 1. — Liutprand rex cum adsensu iudicum et fidelium edit nova capitula legum edicto annectenda. MG. LL. IV, 135.

725, Spt. 1—726, Jun. Tarbisi. Candiana vidua vendit Agrestio areale intra civitatem Tarvisinam. Ex apogr. arch. S. Zenon. Veron. ed. Maffei, Verona illust. I, 2, 634 no. 3; Troya 457. (Apogr. sec. XVIII. in cod. bibl. publ. Senensis A III, 18 p. 18 citat Bethmann). 85

Sept. 20. Pistorii. (?) Filipert clericus vendit Galdualdo medico salam cum agro, prato et molendino in fluvio Braina sito. Inter testes Eldepert castaldius Pistor. Ex or. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 453 no. 12; Troya 415; C. Paoli, La più antica pergamena del arch. di stato in Firenze 1873. 86

Nov. Beneventi in palatio. Romivialdus [Romualdus?] dux (Beneventanus) donat monasterio S. Sophiae, Zacharia abbate, fistulam aquae et waldum. Reg. S. Soph. Ben. II, 2; Ughelli X, 446; Troya 388. (Praeceptum 'per ind. X' datum aut huic aut anno 711. tribuendum est). 87

727. Ind. 10— Spt. 1—11; Liutprandi a. 15 — Iun. 10—16.

Mart. 1. — Liutprand rex nova capitula legum 'una cum iudicibus et reliquis Langobardis fidelibus' constituta 'in edicti corpore' adiungenda edit. MG. LL. IV, 141.

726, Spt. 1—727, Jun. — Laurentius clericus cum Petronia coniuge donat omnes res suas monasterio b. Silvestri de Nonantula. Ex apogr. arch. Tarvis.: Calogera, Nuova racc. XXIV, 5; Troya 461. 88

728. Ind. 11— Spt. 1—12; Liutprandi a. 16— Iun. 10—17.
- 727, Spt. 1— 728, Spt. 1. — Liutprandus rex Sutriense castellum a Langobardis captum et per 140 dies possessum, Gregorio II. papa petente, b. apostolis Petro et Paulo facta donatione restituit. Lib. pont. V. Gregorii II. cap. 21 ed. Vign. II, 38. 89
- Mart. 1. — Liutprand rex legum capitula edit. MG. LL. IV, 146.
- 727, Spt. 1— 728, Jun. In loco Aproniano. Radchis presb. et abbas monasterii S. Michaelis, quod ipse cum Ansfredo fratre in loco Aproniano (prope Lucam civitatem) fundaverat, decernit, ut ipsi mortuo Walprand, filius Waltperti ducis, abbas monasterii succedat. 'Regn. Liutprandum a. regni XVI . . ind. XI'. Ex apogr. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. V, 375; Brunetti I, 475 no. 20; Barsocchini V, 2, 11 no. 14; Troya 467. 90
- Jun. 10— Spt. 1 (?) Luca. Trasuald donat ecclesiae S. Terentii in vico Coloniensi ab ipso fundatae medietatem omnium rerum suarum, ea conditione, ut ipse vivus eam gubernet et eligat eum, qui ipsi successurus sit. 'Regn. Liudprand a. regni XVII, ind. decima'. (Pro 'decima' legendum 'undecima', ut coniecit Barsocchini, ut annus regni et indictio consentiant). Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1, 314; Barsocchini V, 2, 12 no. 15; Troya 470. 91
- Clusii in eccl. S. Mustiolae. Inscriptio ciborii: 'Xp̄e fabe votis Gregorio et Austreconde docis Temporibus Dñi Liutprandi catholico regis exactis tribus lustribus et aristis duobus, Arcadi presoli tempore'. (= a. 17. Liutprandi) Pizzetti, Antich. Toscan. I, 268; Troya 485 etc.
- C. 714—729.
- In eccl. S. Macarii prope Lucam. '† Tempore Talesperiani episcopi Petrifunso comes fecit † † †' Inscript. ed. Bertini IV, 1, 319; Troya 471.
729. Ind. 12— Spt. 1—13; Liutprandi a. 17— Iun. 10—18.
- Mart. 1. — Liutprand capitula legum 'cum iudicibus . . . vel cum ceteris Langobardis fidelibus' decreta edit. MG. LL. IV, 150.
- Dec. 3. Novarie. Radoald rogat Graziosum episcopum Novariensem, ut ipsi altare S. Michaelis oraculi S. Martini in vico Gausingo dedicet, pro qua re ei terrulam offert. 'Liutprandi . . a. XVIII, ind. XIII'. — Orig. arch. cathedr. Novar. — Hist. patr. mon. I, 9 (male ad a. 730); Troya 475. 92
- Dec. 18. Ticini. Sigemund archipresbyter eccl. Lucensis, Theutpert, Ratpert, Godebert gasindi regis fundant oraculum SS. Secundi Gaudentii Columbani et 'diaconiam in susceptione peregrinorum' loco Apulia extra muros Lucae

sito. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. I, 129; Brunetti I, 477 no. 21; Bertini IV, 1^b, 70 no. 37; Troya III, p. 514 no. 476. 93

730. Ind. 13— Spt. 1—14; Liutprandi a. 18— Iun. 10—19.

Jan. Pisa. Candidus clericus vendit Larino terrulam pretio 15 sol. Pisanorum accepto. Ex arch. archiep. Pis. ed. Muratori, Ant. III, 1003; Brunetti I, 497 no. 22; Troya 477. 94

Febr. Pisa. Rodoin vendit Dodoni quaedam praedia. Ex arch. Pis. ed. Muratori, Ant. III, 1004; Brunetti I, 480 no. 23; Troya 478. 95

Mai. 10. Ticino. Liutprand rex statuit census persolvendos a Comaclensibus in sale advehendo per portus Langobardorum. 'Die X. mensis Magii ind. XIII . . . Vobis Lupicino v. v., simulque Bertrarene magistro militum. Mauro et Stephano comitibus . .' (Fortasse pertinet iam ad a. 715). Apogr. in codice Sicardiano Cremon. a. 1220. — Muratori, Ant. II, 23; Zaccaria, series episc. Cremon. praef. p. II; Troya 480; Hist. patr. mon. XIII, 5. 96

Jul. Pisa. Pinculu et Macciulu fratres vendunt Mauriciuni canovario regis agrum in loco Arena pretio sol. 6 et tremissis. 'Regn. Liutprand . . a. IX. mense Iul., ind. XIII'. Ex arch. archiep. Pis. ed. Muratori, Ant. III, 1005; Brunetti I, 483 no. 24; Troya 481. 97

Dec. 1. — Warnefred castaldius civitatis Senensis donat monasterio S. Eugenii ab ipso fundato praedia. Ex apogr. arch. Senens. ed. Tommasi, Storia di Siena p. 95; Ughelli III, 528; Margarini, Bull. Casin. II, 3; Brunetti I, 485 no. 25; Troya 483. (Charta mutila). (Apogr. Benvoglientii exstat in cod. bibl. publ. Senensis IV, 18 p. 386). 98

706—731.

— — Romualdi ducis Beneventani praeceptum, quo Zachariae abbati monasterii S. Sophiae xenodochium S. Benedicti Beneventanum concesserat, citat et confirmat Gisulfus II. dux, filius eius, a. 742, Nov. (Reg. S. Soph. I, 22). 99

— — Romualdi ducis Beneventani iudicatum inter Zachariam abbatem S. Sophiae et uxorem Friderici cellarii de casa quadam ad Ponticellum sita factum citat et confirmat Gisulfus II. dux a. 745, Nov. (Reg. S. Soph. II, 9). 100

731. Ind. 14— Spt. 1—15; Liutprandi a. 19— Iun. 10—20.

Mart. 1. — Liutprand rex capitula legum edit. MG. LL. IV, 155.

— Beneventi. Gisulfus II, filius parvulus Romoaldi II, dux. PD. VI, 55. (Audelachis dux: Catal., SS. Lang. p. 493; Ann. Cav., MG. SS. III, 187).

— — Gisulfus II. dux Beneventanus citat praeceptum confirmationis Zachariae abbati monasterii S. Sophiae 'in

primordio ducati' sui traditum a. 742, Sept. (Fortasse praeceptum laudatum est idem, quod a. 745, Iul. exhibebimus, per ind. XIII. datum ideoque fortasse iam a. 730.tribuendum; quod si rectum est Gisulfus iam anno 730. patri successit). **101**

732. Ind. 15— Spt. 1—1; Liutprandi a. 20— Iun. 10—21.

— Beneventi Liutprandus rex Gregorium nepotem suum ducem ordinat, Gisulfum secum abducit. PD. VI, 55.

*Aug. In Beneventanorum palatio. Gregorius dux (Beneventanus), petente Lamberto pictore suo, reddit Petro res omnes, quia in civitatem Neapolitanam aufugerat, antea confiscatas. Reg. S. Sophiae Ben. Ughelli X, 528; Troya 490. (Spurium; cf. Pabst, Forschungen zur Dt. Gesch. II, 478; Hirsch p. 37 n. 3). **102**

Aug. In Laveriano. Baronta et Auderat fratres donant ecclesiae S. Mariae vineam. 'A. regni vigesimo per. ind. quinta decima'. Ex orig. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 72 no. 38; Troya 491. (Testes ac subscriptio notarii desunt). **103**

?

Mai 30. In civit. et eccl. S. Agathae. Epitaphium Madelgrimae uxoris Radoaldi comitis. (Annus plane incertus). Rainoue, Dell' origine di Sant Agata de' Goti p. 34; Troya 492.

733. Ind. 1— Spt. 1—2; Liutprandi a. 21— Iun. 10—22.

Mart. 1. — Liutprand rex capitula legum edit. (Cod. Paris. B.: 'de anno XXI. Kal. Mart. ind. I'). MG. LL. IV, 162.

734. Ind. 2— Spt. 1—3; Liutprandi a. 22— Iun. 10—23.

Mart. 1. — Liutprand rex capitula legum edit. MG. LL. IV, 169.

C. 734.

— In Civitate Nova. Inscriptio de fundatione Civitatis Novae per Liutprandum regem facta. Muratori, Ant. II, 196; Mai, Scr. vet. nova coll. V, 328; Troya 497. Cf. Muratori, Ann. a. 734. IV, 269.

735. Ind. 3— Spt. 1—4; Liutprandi a. 23— Iun. 10—24.

Jan. 30. In fundo Campiliunis. Iohannacis vendit mundium Scolasticae sororis suae, quae Urso servo nupserat, Sigherado et Arichis fratribus pretio 2 sol. et tremissis. Ex orig. arch. dipl. Mediol. ed. Muratori, Ant. I, 759; Fumagalli, Cod. dipl. S. Ambr. p. 15; Troya 498; Hist. patr. mon. XIII, 6; Sickel, Mon. graph. I, tab. V. **104**

Mart. 1. — Liutprand rex capitula legum 'una cum iudicibus et fidelibus' constituta edit. MG. LL. IV, 171.

29. HILDEPRAND 735—744.

C. Mai. 15 — Sept. Ticini ad S. Mariae ecclesiam ad Per-ticas. Liutprando rege gravissimo morbo implicato

- Hildeprandus, nepos eius, a Langobardis rex levatur. PD. VI, 55 (Hildeprandum ante Oct. 735 regem factum esse patet ex chartis 738, Oct., 742, Oct., post medium mensem Maium ex chartis 739, Mai. 12, 742, Mai. 8. Secundum chartam 736, Mai. iam mense Maio levatus esset).
- Nov. In civitate Reatina. Siso Lupulus Wino Ursus fratres donant et vendunt Thomae abbati monasterii S. Mariae (Farfensis) quasdam olivas tallias. 'Temporibus d. v. gl. Trasmundi summi ducis g. L. et viri magnifici Sindolfi gastaldii civitatis Reatinae . . ind. IV'. (Chartam anno 720. tribuere potest, qui iam tunc Transamundum II. ducem Spolet. fuisse credit). Ex Reg. Farf. 5 ed. Troya 501. 105
736. Ind. 4— Spt. 1—5; Liutprandi a. 24— Iun. 10—25; Hildeprandi a. 1. 2.
- Mart. Tuscan. Faichisi et Pasquale fratres aldiones promittunt Mauro abbati, se in casa Diano monasterii S. Saturnini habitaturos esse ea conditione, ut ipsi heredesque ipsorum eadem 'warcinisca', quae pater ipsorum Beninatus aldio fecerit, faciant. 'Regnante domnis . . . Liutprando a. XXIV. et . . Hilprando a. I. mensis Martio per ind. IV'. Ex orig. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 487 no. 26; Troya 502. 106
- Mart. . . Lunensis civitate. Lupo habitator castelli Uffi vendit Walperto duci (Lucensi) 'per misso' eius Fusio casam cum appendiciis pretio 20 sol. aur. 'Regnantes . . Liutprand . . a. XXIV. et . . nepote eius d. n. Hilprand rege a. I . . ind. IV'. Ex orig. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. II, 769; Brunetti I, 490 no. 27; Barsocchini V, 2, 13 no. 18; Troya 503. 107
- Mai. In Suana. Anuald donat Anecardo fratri presbytero quartam portionem omnium rerum suarum accepto 'launchild' 20 sol. 'Regn. d. n. Liutprand et Hilprand anno XXIV. et secundo, per ind. nona'. Ex arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 14 no. 19; Troya 507. (Errorem indictionis corrigit Barsocchini legendo 'quarta'). 108
- Ante Jun. 12. — Tasulu centenarius et Pertulu baruccio conveniunt, ut hic in casa Tasulonis in fundo Agelli habitet certa tributa quotannis persolvens. 'Regn. d. n. Liutprand et Helprand a. XXIV. et I'. Ex orig. arch. dipl. Flor. ed. Brunetti I, 491 no. 28; Troya 510. 109
- Aug. 19. In monasterio Bobbiensi. Epitaphium Cumiani episcopi Scoti. Rossetti, Bobbio ill. III, 58; Troya 508.
- Ticini. Epitaphium Petri episcopi Ticinensis. Gruter, Inscr. II, 2268; Robolini, Mem. di Pavia I, 199; Troya 509.
737. Ind. 5— Spt. 1—6; Liutprandi a. 25— Iun. 10—26; Hildeprandi a. 2. 3.

- Mart. Luca.** Walprand episcopus (Lucensis) donat Filiperto clerico possessiones ecclesiae Lucensis, quas pater eius Barucio presbyter habuerat. Ex orig. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. I, 759; Brunetti I, 493 no. 29; Bertini IV, 1^b, 73 no. 39; Troya 511. **110**
- Apr. Luca.** Filimari donat filiis sibi adoptatis Sichiperto Causule Sichifrido omnes res suas in loco Cerquieto sitas. 'Regn. Liutprand . . a. XXV. et d. n. Elprand . . a. II. . . ind. V'. Ex orig. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 14 no. 21; Troya 512. **111**
- *Jul.** In loco Cariate. Manegunda fundat coenobium monacharum in loco Cariade iuxta flumen Olonam, quod vult esse 'in potestatem et consecrationem Aunestaxii episcopi S. Ticinense ecclesie'. 'Regn. d. n. Liutprando et Eldeprando . . . anno eorum vigesimo tertio mense Julias ind. V'. Mabillon, Ann. Bened. II, App. no. 24; Annoni, Saggi di patria arch. p. 91; Troya 552. Ex apogr. arch. S. Fidelis Mediol. in Hist. patr. mon. XIII, 8. (Charta spuria habetur a Muratorio, Ant. II, 239. et Porro-Lambertenghio novissimo editore l. c., a Troya levissimis argumentis defenditur). **112**
738. Ind. 6—Spt. 1—7; Liutprandi a. 26—Jun. 10—27; Hildeprandi a. 3. 4.
- Febr. Luca.** Aurepert clericus vendit Iordanni presbytero casam intra civitatem Lucam et petiolam terrae in Flexo sitam. 'Regn. . . Liutprand et Hilprand . . . a. regni eorum XXVI. et III. per ind. VI'. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 15 no. 23; Troya 513. **113**
- Mart.** In Massa maritima. Pertulus et filius eius Tusculo vendunt Barrussol et Persad fratribus agrum in fundo Cellule situm pretio sol. 2 et trem. 2. 'Regn. . . Liutprand . . a. regni XXVI. et d. n. Hilprand a. II. . . per ind. VI'. Ex orig. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 494 no. 30; Troya 514. **114**
- Oct. Luca.** Anstrualda vidua donat cum consensu Gumprandi, filii sui, ecclesiae S. Georgii in loco Noctuno ab ipsa fundatae casam Marichis cum appendiciis, quam 'morgingab' a marito Barutta acceperat. 'Regn. d. n. Liutprand et Hilprand . . . a. XXVII. et quarto, per ind. VII'. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 75 no. 40. Quaedam emendat Barsocchini V, 2, 15 no. 22; Troya 515. **115**
739. Ind. 7—Spt. 1—8; Liutprandi a. 27—Jun. 10—28; Hildeprandi a. 4. 5.
- Jan.** Ad ecclesia b. Petri territorio Lucense. Petrus vendit Aloin presbytero agrum in loco Limite situm pretio 8 sol. 'Reg. . . Liutprando . . a. XXVII. . . et Hilprand a. IV. per ind. VII'. Ex arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 17 no. 26; Troya 516. **116**

- Mai. 3.** — Abbo donat per testamentum monasterio b. Petri Novaliensi quasdam possessiones 'infra regnum Langobardorum' sitas. (Testamentum factum est in regno Francorum). Mabillon, de re dipl. l. VI, p. 507 no. 62; Troya 518. 117
- Mai 12.** **Luca.** Iusto aurifex vendit Ursae abbatissae ecclesiae S. Mariae vineam in loco Casisi sitam pretio sol. 6. 'Regn. Liutprand . . a. XXVII. et d. n. Hilprand . . a. IV, duodecimo dies intrantis Kalendas Magias, per ind. VII'. In fine chartae ascriptum est 'memoratorium' Ursae 'de morganicap.' Ex arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 16 no. 24. 25; Troya 520. 118
- C. Jun. Spoleti.** Liutprandus rex Transamundum II. ducatu expellit. Cuius in loco Hildericum ducem constituit. PD. VI, 55. Lib. pont. V. Zachariae cap. 2. Cf. chartam seq.
- Jun. 16.** **Spoleti in palatio.** Liutprandus rex confirmat monasterio S. Mariae (Farfensi) in loco Acutianus, petente Lucerio abbate, omnes possessiones a ducibus Spoletanis, iudicibus populoque donatas, concedit ius abbatem libere eligendi. 'Anno . . regni nostri XXVIII. per ind. VI. (lege 'VII'). Reg. Farf. 10; Fatteschi, Mem. de'duchi di Spoleto p. 259 no. 1; Troya 522. 119
- C. Jun. — Aug.** Ameriam, Hortas, Polimartium, Bleram Liutprandus rex facta obsessione capit. Lib. pont. ed. Vign. II, 60.
- Aug. —** Liutprandus rex ad palatium suum redit. Lib. pont. V. Zachariae cap. 2 ed. Vignolius II, 60.
- Dec. Tuscan a.** Rodpertus magister commacinus vendit Oportuno casam cum vinea agrisque 'in vico Diano vel in finibus Tuscanensis. Regn. . . Liutprandu et Eliprandu . . . a. XXVIII. et V. . . per ind. VIII'. Ex autogr. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 496 no. 31; Troya 524. 120
- Dec. In civitate Reatina.** Probatas et Ravenna fratres donant basilicis S. archangeli Michaelis et S. Petri 'vineas, casas, terras, et olivas' in fundis Masiniani et Cesiniano sitas. 'Temp. d. Hilderici gl. et summi ducis g. L. et v. m. Picconis castaldii civit. Reatine . . ind. VIII'. Reg. Farf.; Galletti, chiese di Rieti p. 7; Fatteschi p. 260 no. 2; Troya 525. 121
- Dec. Spoletum Transamundus II. dux cum exercitu Romano ingreditur.** Lib. pont. V. Zachariae ed. Vign. II, 61.
- Beneventi Godeschalcus, Gregorio duce mortuo, dux a Beneventanis constituitur. PD. VI, 56.
- C. 739—741.**
- — Transmundi ducis Spoletini praeceptum, quo concesserat, ut mater Fulcoaldi abbatis monasterii S. Mariae (Farfensis) in monasterio S. Petri in Classicella resideat, citat Lupo dux Spoletinus a. 747, Nov. 2. v. no. 191. 122

- — Godeschalcus dux (Beneventanus) contulit 'in monasterio S. Mariae, quod situm est in Isernias, in quo decreverat Annam coniugem suam regularem vitam degere', quasdam res. Haec traduntur in charta convenientiae chron. Vultur. a. 766, Iun.; v. infra. **123**
- — Per Godeschalci ducis (Beneventani) praeceptum res monasterio S. Mariae in Isernias donatae 'ad monasterium S. Vincentii (Vulturense) devolutae sunt'. Refertur in charta laudata. **124**
- — Godeschalci ducis praeceptum, quo servos tres monasterii S. Benedicti Beneventani, rogante Zacharia abbate, liberos constituerat, citatur in iudicato Arichisi ducis a. 762, Aug.; v. infra. **125**
740. Ind. 8 — Spt. 1—9; Liutprandi a. 28 — Iun. 10—29; Hildeprandi a. 5. 6.
- Febr. Luca. Sichimund archipresbyter donat ecclesiae S. Petri partem suam 'de casa hic prope Silice cum omnia adiacentia sua . . omnia usitilia seo scherpa; simol et terra vacua hic prope civitatem' cum omnibus rebus appertinentibus; similiter et omnes res, quas per Auriam coniugem acceperat: ea conditione, ut post mortem ipsius demum in possessionem S. Petri veniant. 'Regn. d. n. Liutprand et Helprand . . a. XXVII. et V. . . per ind. VIII'. (Subscriptiones testium et notarii desunt) Orig. archiep. Luc.: Muratori, Ant. II, 1040; Brunetti I, 498 no. 32; Bertini IV, 1^b, 76 no. 41; emendationes addit Barsocchini V, 2, 18 no. 27; Troya 527. **126**
- Febr. 20. In Sabiano. Agelmus et Dusso fratres pro se et pro fratre Petro conventionem faciunt cum Staveli consobrino suo de rebus de quibus cum Borgolino consobrino litem agunt, ita ut Stavelis causam suscipiat. 'Regn. d. n. L. et H. . . a. XXVIII. et V. . . . ind. VIII'. Ex or. arch. cathedr. Bergom. ed. Lupi I, 397; Troya 528; Hist. patr. mon. XIII, 9. **127**
- Mart. In Siponto in palatio. Godeschalg dux (Beneventanus) donat Aufrido, filio Ursi thesaurarii, servum Ursum cum uxore ac liberis in loco Fenilia habitantem. Reg. S. Soph. Ben. III, 9; Ughelli X, 460; Troya 529. **128**
- Apr. — Baruncio vendit Gundualdo clerico petiam 'de vinea, qui est posita ad Tassiclu' et petiolam 'de terra vacua in ipso loco' pretio sol. 2. 'Regn. d. n. L. et H. a. XXVIII. et V. . . per ind. VIII'. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 18 no. 28; Troya 530. **129**
- 739, Spt. 1—740, Jun. Luca. Ermelinda monacha vendit Gumperto terrulam in loco Salicetas sitam pretio sol. 13. 'Regn. d. n. L. et H. . . a. XXVIII. et V, per ind. VIII'.

Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 19 no. 30; Troya 534. 130

Oct. 15. — Gregorius III. papa mandat omnibus episcopis Langobardorum in Thuscia constitutis, legatos ipsius ad Liutprandum et Hilprandum reges missos adiuvant, ut quatuor castella b. Petro erepta restituantur. Jaffé 1736; Troya 532. 131

Dec. Luca. Filicausu presbyter donat ecclesiae S. Quirici in fundo Arno sitae terram ac casam cum omnibus rebus appertinentibus in loco Pontoni sitam, ea conditione, ut ipse dum vivat eam possideat. 'Regn. d. n. L. et H. . . a. XXIX. et VI . . ind. IX'. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 18 no. 29; Troya 533. 132

C. 740.

— Clusii. Inscriptio Arialdi episcopi Clusini. (Tempus plane incertum). Gori, Inscr. in Etruriae urb. ext. II, 401; Troya 484.

— Ticini in monasterio S. Agathae. Epitaphium Cunipergae, Cuniberti regis filiae, abbatissae. (Annus plane incertus) Muratori, SS. I, 486; Oltrocchi, Hist. Med. p. 600; Troya 376.

— Bononiae in ecclesia S. Stephani. Inscriptio vasis marmorei a Liutprando et Hilprando regibus sub Barbato episcopo Bononiensi donati. Muratori, Ann. a. 741, IV, 285; Savioli, Ann. Bolognesi I, 1, 75; Mai, Scr. nova coll. V, 192; Troya IV, 536.

— In eccl. cathedrali Fori Iulii. Fragmentum inscriptionis Liutprandi et Hilprandi. Bertoli, Ant. d'Aquileia p. 441; Mai, Scr. nova coll. V, 354. 159; Troya 541. 542.

— — Iudicatum de statu Luciuni, qui se liberum esse profitebatur, quemque Toto de Campelliuni servum sibi vindicabat. Ex or. arch. S. Ambr. Mediol. ed. Fumagalli, Cod. dipl. S. Ambr. p. 18; Troya 632; MG. LL. IV, 659; Hist. patr. mon. XIII, 73. 133

— Mediolani. Epitaphium Natalis archiepiscopi Mediolanensis. (Annus non certus). Muratori, Ant. I, 765; Id., Thes. inscr. p. 1915; Troya 537.

— In ecclesia S. Iohannis bapt. Foroiuliensi. Inscriptio Pemonis ducis eiusque filii Ratchis. (Annus incertus). Fontanini, Discus argent. votivus p. 30; De Rubeis, Mon. Aquil. c. 319; Muratori, Thes. inscr. p. 1923; Troya 539.

— In Foro Iulii. Fragmentum inscr. Pemonis et Ratchis. (Annus incertus). Bertoli, Ant. d'Aquil. p. 439; Muratori, Thes. inscr. p. 1922; Troya 538.

729—741.

— Olonnae in ecclesia S. Anastasii. Duae inscriptiones de ecclesia S. Anastasii a Liutprando rege Olonnae fun-

- data. Gruter, Inscr. p. 1168; Mai, Scr. nova coll. V, 116. 117; Troya 543. 544.
- Olonnae in eccl. S. Anastasii. Inscriptio de Liutprando rege, ut credunt, agens. Gruter, Inscr. p. 1168 Mai, Scr. nova coll. V, 5; Troya 565.
742. Ind. 10— Spt. 1—11; Liutprandi a. 30— Iun. 10—31; Hildeprandi a. 7. 8.
- Febr. Beneventi in palatio. Godeschalc dux (Beneventanus) iudicatum facit inter Rinconem, Reparatum, Rodonem, Leonem et Dominusdedit abbatem de casalibus in loco Sapione sitis; Dominusdedit causam obtinet. Reg. S. Sophiae III, 31; Ughelli, X, 433; Troya 548. 134
- Mai. 8. Mediolani. Theopertus donat basilicae S. Ambrosii (casam) 'cum area curte' ceterisque rebus appertinentibus in fundo Brisconno sitam, ea conditione, ut ipsi dum vivat victus ab ecclesia S. Ambrosii praebeatur. 'Regn. d. n. Liutprando a. XXX. et d. Ilprando a. VII . . . ind. XIII'. (Porro-Lambertenghi chartam a. 741. ascripsit). Ex apogr. arch. dipl. Mediol. ed. Fumagalli, Cod. dipl. S. Ambr. p. 20; Troya 549; Hist. patr. mon. XIII, 10. 135
- Spoleti Liutprandus rex Transamundum II. ducatu privatum clericum fieri iubet. PD. VI, 57; Lib. pont. V. Zachariae cap. 5 ed. Vign. II, 62.
- In finibus Spoletinibus apud Interamnam Liutprandus rex residens Zachariae papae advenienti Grimualdum obvium mittit. Lib. pont. II, 63.
- Ante Sept. 1. A Narniensium civitate octavo fere milliario, sextae feriae die Liutprandus rex Zachariam papam suscipit et ad basilicam b. Valentini sitam in Interamnensium urbe perducit. Lib. pont. ed. Vign. II, 63.
- Ante Sept. 1. Interamnae in eccl. b. Petri Liutprandus rex Zachariae papae petenti sabbato die quatuor civitates, Ameriam, Hortas, Polimartium, Bleram reddidit; 'quas et per donationem firmavit. Sabinense quoque patrimonium, Narniense etiam et Auximanum, necnon Anconitanum atque Numanatem et vallem quae vocatur Magna, sitam in territorio Sutрино, per donationis titulum b. Petro reddidit, et pacem cum ducatu Romano ipse rex in viginti confirmavit annos' et omnes captivos missis litteris tam in Tusciam suam quamque trans Padum redonavit. Lib. pont. II, 64. 136
- Interamnae in eccl. S. Petri Liutprandus rex ordinationi Consinensis episcopi a Zacharia papa, ipso rege rogante, factae interest. Postea cum Zacharia papa prandit. L. p. l. l.
- Interamnae Liutprandus rex Zachariae papae vale faciens, Agiprandum ducem Clusinum alios in eius obsequium mittit. L. p. l. l.

*Sept. Beneventi in palatio. (Gisulfus II.) dux (Beneventanus) confirmat Zachariae abbati (monasterii S. Sophiae) monasterium S. Aegidii et privilegia. Reg. S. Soph. add. Ughelli X, 543; Troya 553. (Praeceptum spurium iudicant Assemani, Ital. Hist. Script. II, 583; Pabst, Forsch. II, 480; Hirsch p. 40). 137

Oct. Luca. Mauro 'transpadanus avitator in civitate Pistoriense' vendit 'Crispinuli negudianti' terram et vineam cum servo 'in Piscia' sitas pretio sol. 35. 'Regn. d. n. L. et H. . . a. XXXI. et VIII. . . per ind. XI'. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 20 no. 31; Troya 555. 138

— Beneventi Liutprandus rex, Godeschalco duce fugiente occiso, Gisulfum II. nepotem suum iterum ducem Beneventanum constituit. PD. VI, 58.

Nov. 12. Spoleti in palatio. Liutprandus rex donat Picconi 'per Gundoardum medicum molinum unum in fluvio qui percurrit prope muros civitatis nostrae Reatinae', eidem confirmat 'medietatem casalis in loco qui dicitur Pontianus'. Reg. Farf. no. 175; Fatteschi p. 260 no. 3; Troya 556. 139

— Beneventi. Gisulfus II. dux (Beneventanus) 'inpublicavit omnes res' Godeschalci ducis eiusque uxoris Annae 'et concessit fidelibus suis'. Ita refert charta chron. Vult. a. 766, Iun.; v. infra.

Nov. Beneventi in palatio. Gisolphus II. dux (Beneventanus) ('dum . . inspirante misericordia nostri piissimi domini reges nos in nostro solio revocare dignati sunt') confirmat Zachariae abbati (monasterii S. Sophiae) praeceptum Romualdi, genitoris sui, quod iam 'in primordio ducati' sui firmaverat, quo illi xenodochium et monasterium S. Benedicti traditum et privilegia constituta erant. Reg. S. Soph. I, 22; Ughelli X, 433; Troya 554. 140

Anno exeunte Spoleti Liutprandus rex, Agibrandum nepotem suum, qui fuerat dux Clusinus, ducem Spoletinum constituit. PD. VI, 57.

743. Ind. 11 — Spt. 1—12; Liutprandi a. 31 — Iun. 10—32; Hildeprandi a. 8. 9.

Jun. 29. Ticini in eccl. S. Petri ad Coelum Aureum Liutprandus rex missae a Zacharia papa celebratae interest, papam salutatur. Lib. pont. ed. Vign. II, 71.

Jun. 30. Ticini in palatio Liutprandus rex Zachariam papam honorifice suscipit. Eodem vehementer petente rex 'fines Ravennatum urbis, quos primitus detinebat, et duas partes territorii castri Caesinae ad partem reipublicae restituit'. Lib. pont. l. c.

*Jun. In Beneventano palatio. Gisolphus 'summus comes g. L.' donat 'per rogum coniugis suae' Hermanno abbati

monasterii S. Martini 'in strada Pontina' siti 'territorium illud', quod 'moderno tempore gastaldius noster tenere videtur. Dat. mense Iun. . . per ind. XVIII'. (Ideo tempus incertum; praeceptum ab Assemani l. l. et Pabst, Forsch. II, 480 iure spurium habetur). Reg. S. Soph. add.; Ughelli X, 525; Troya 551. **141**

Jul. Ticino egredientem Zachariam papam Liutprandus rex usque ad Padum deducit. Lib. pont. ed. Vign. II, 72.

Aug. In Alifas. Gisolfus dux (Beneventanus) confirmat 'per rogum Sergio fideli' ecclesiae S. Cassiani a Sarraceno sculdai in loco Cingla aedificatae 'omnem substantiam ipsius Sarraceni secundum eius voluntatem'. Ex Reg. Petri Diac. Cas. ed. Gattola, Hist. Cas. I, 27; Troya 557; cf. Leo Ost., Chron. Cas. I, 6, MG. SS. VII, 583. **142**

Aug. Beneventi in palatio. Gisolphus dux (Beneventanus) monasterio SS. Mariae et Petri a Tuccuni in loco Massana apud Alifas constructo privilegia constituit. Reg. S. Soph. II, 13; Ughelli X, 451; Troya 558. **143**

Nov. Beneventi in palatio. Gisolphus dux donat Zachariae abbati 'condomam unam nomine Pantione caballario', qui 'fuit de actione Consina' cum familia et cum omnibus rebus in Papiano sitis. Reg. S. Soph. I, 23; Ughelli X, 434; Troya 559. **144**

712—744.

— — Liutprandi regis praeceptum monasterio Bobbiensi datum citat Ludovicus II. imp. a. 861, Oct. 7. Hist. patr. mon. I, 30. **145**

— — Liutprandi regis praeceptum, quo cortem Torcelli ecclesiae Vercellensi donaverit, citat et confirmat Otto III. imp. a. 999, Mai. 7. Troya 505; St. 1190. **146**

— — Liutprandi regis praeceptum, quo Gregorio Greco iocatori suo fundos quosdam in territorio Bononiensi sitos donaverit, citat Carolus rex a. 797. Troya 535; Sickel 153. **147**

— — 'Liutprandus rex monasterium Bercetum, quod in honorem S. Abundii . . extractum erat cum omnibus possessionibus suis . . Moderamno' episcopo Redonensi 'tradidit dato diplomate'. Sic refert Flodoardus, Hist. Rem. I, 6. **148**

— — 'Praeceptum quod fecit Liutprandus rex ad' ecclesiam Mutinensem 'de servis et aldionibus ad ius ecclesiae S. Geminiani pertinentibus et in fine Salestina existentibus', citat his verbis et confirmat Ludovicus I. imp. a. 822, Febr. 8. Troya 562; BR 343; Sickel 174. **149**

735—744.

— — Praeceptum Liutprandi et Ilprandi regum pro monasterio S. Mariae, 'quod est in comitatu Veronensi, in loco qui dicitur Organo' datum citat Berengarius rex a. 889,

Febr. 28. Biancolini, Chiese di Verona IV, p. 675; Troya 570. 2. 150

?

— Ticini in eccl. S. Mariae ad Perticas. Epitaphium Raginthrudae reginae (uxoris Liutprandi aut Hildeprandi?). Muratori, Ant. Est. I, 73; Troya 572.

744. Ind. 12—Spt. 1—13; Liutprandi a. 32; Hildeprandi a. 9. 10.

Jan. Ticini Liutprandus rex moritur, sepelitur in basilica S. Adriani. PD. VI, 58 (Mensis mortis computatur ex eo, quod Paulus et Ms. Goth. Liutprandum a. 31, menses 7 regnasse referunt. Ossa regis a. 1173. in ecclesiam S. Petri quae vocatur Coelum Aureum translata sunt).

— Ticini in ecclesia S. Petri. Epitaphium Liutprandi regis (multo post mortem eius factum). Sigonius, de regno Italiae l. III, opp. II, 138; Muratori, SS. I, 1, 511; Zanetti II, 600; Troya 564; SS. Lang. p. 187 n. etc.

Mart. 31. Ticino in palatio. Hilprandus rex confirmat ecclesiae SS. Antonini et Victoris sitae extra muros civitatis Placentinae et Thomae episcopo, custodi eius, omnes possessiones et nominatim monasteria SS. Thomae et Syri, prope Placentiam situm, Florentiola, Tolla, Grauaco; confirmat privilegia a (Liutprando) patruo suo concessa, donat lectum Padi, unde ante hoc dies cucurrit et nunc reliquit prope civitate Plac. A. regni nostri IX, per ind. XII. Ex arch. cath. Plac. ed. Campi I, 453; Mabillon, Ann. Bened. II, App. no. 25; Troya 566. — Hoc praeceptum citatur a Ludovico I. imp. a. 820, Apr. 27; Campi I, 455; Troya 571. 2; BR 329; Sickel 154. 151

Apr. In Reate. Teudemundus actionarius concambiat, cum voluntate Fulcualdi abbatis monasterii S. Mariae, 'in monasterio S. Georgii medietatem de casale qui dicitur Pacilianus, casas, vineas, terras; unde' recipit 'portiuunculam Urselli in Aquaviva, casas, vineas, terras. Temp. dñi Transmundi . . ducis g. L. et v. m. Picconis gastaldi civ. Reatinae . . . per ind. XII'. (Error in ind., cum a. 744. Agibrand ducatum Spoletinum obtineret). Reg. Farf. no. 34; Troya 567. 152

Jun. In Beneventano palatio. Gisolphus dux (Beneventanus) donat Zachariae abbati (S. Sophiae) 'condomam nomine Palumbus piscator, qui habitare videtur ad Pontem Lapidum et fuit de subactione Secundi gastaldi et vestarii'. Reg. S. Soph. II, 11; Ughelli X, 451; Troya 568. 153

Aug. Beneventi in palatio. Gisulphus dux (Beneventanus) confirmat Zachariae abbati S. Sophiae omnes possessiones, privilegia constituit. Reg. S. Soph. II, 7; Ughelli X, 448; Troya 569. 154

— — 'Praeceptum Hildeprandi regis, quod fecit ad ecclesiam

S. Geminiani propter petitionem Ioannis episcopi de ecclesia S. Petri intra muros civitatis Geminianae, quae nunc Nova dicitur' citat his verbis Ludovicus I. imp. a. 822, Febr. 8. Troya 570. 1; BR. 343; Sickel 174. **155**

— Hilprandi regis praeceptum pro monasterio S. Florentii Florentiolae in diocesi Placentina sito citatur in placito iudicum imperialium a. 830, Mart. Campi I, 456; Troya 571. 2. **156**

C. Sept. Hildebrandus de regno proicitur. Lib. pont. II, 73.

30. RATCHIS 744—749.

Spt. 9—Oct. — Ratchis dux Foroiuliensis, filius Pemmonis ducis quondam Foroiuliensis, a Langobardis rex eligitur. Lib. pont. l. l. Cf. PD. VI, 26. 51. 56.

(Quo tempore sit elevatus, patet ex chartis 746, Sept. 1, 747, Sept. 8 — 746, Oct., quibus bene consentit, quod in Catal. Hildebrandum menses 8 vel 7 regnasse traditur. Cf. Oelsner, Pippin p. 435).

— Ratchis rex cum Zacharia papa, recepta eius relatione, in viginti annorum spatium pacem init. Lib. pont. l. l.

745. Ind. 13—Spt. 1—14; Ratchis a. 1—Spt., Oct.—2.

Febr. In monasterio S. Mariae in Acutiano. Fulcoaldus abbas monasterii S. Mariae in fundo Acutiano alterius partis et Nanno exercitalis atque Ursicinus, fratres Grifonis, Acimundus ac Teudemundus, nepotes Grifonis, alterius partis convenientiam faciunt de rebus quas Grifo monasterio S. Mariae donaverat et de quibus lis inter illos orta erat. 'Temp. v. m. Picconis gastald. civit. Reat. . . ind. XIII'. Ex Reg. Farf. ed. Fatteschi p. 261 no. 4; Troya 574. **157**

Apr. (In vico) Gradate. Rottopert de Grate testamentum facit, quo ecclesiae S. Stephani in Vico Mercado sitae agellum, propinquis ac cognatis, pauperibus ac peregrinis multa legat, xenodochium in vico Gradate constituit. 'Regn. d. n. Rachis . . a. primo . . ind. decima tertia'. Ex apogr. arch. dipl. Mediol.: Hist. patr. mon. XIII, 11. **158**

Mai. 15. In civitate Verona. Autconda et Natalia sorores fundant cum consensu Nazarii, cognati alterius et mariti alterius sororis, monasterium S. Mariae intra civitatem Veronam, cui omnes res suas offerunt, ea conditione, ut, si aliae monachae ibidem non congregatae fuerint, ipsis mortuis omnes res in possessionem monasterii S. Mariae 'foris Portam Organi' veniant. Eidemque monasterio eiusque abbati Andreae committunt 'defensionem vel admonicionem' monasterii ab ipsis fundati. Servos et ancillas suos in libertatem vindicant. 'Regn. . . Ratchis . . a. primo per ind. XII'. (Lege 'ind. XIII'). Ex apogr. mon.

- S. Mariae Veron. ed. Muratori, Ant. V, 529; Biancolini, Chiese di Verona l. II, p. 400; Troya 577. **159**
- Jun. — Ratchis regis praeceptum, quo monasterio Farfensi casale de Germaniciano prope Reatinam civitatem situm donaverit, quod ‘mense Iunio indictione XIII. anno primo’ regni eiusdem datum erat, citatur in placito Insarii a. 747, Apr. 18. (Legendum esse ‘ind. XIII’ recte notavit Troya 602). **160**
- Jul. Beneventi in palatio. Gisolfus dux (Beneventanus) confirmat monasterio S. Sophiae ad Ponticellum omnes possessiones, quas Romualdus, pater suus, Zachariae abbati eiusdem monasterii concessit. Reg. S. Soph. II, 6; Ughelli X, 448; Troya 578. **161**
- Jul. Beneventi in palatio. Gisolfus dux (Benev.) confirmat Zachariae abbati possessiones monasterii S. Sophiae iisdem fere sed paucioribus verbis ac no. 161. Reg. S. Soph. II, 8; Ughelli X, 449. **161 a.**
- Jun. — Jul. Spoletini. Lupo dux Spoletinus. Cf. Oelsner, Pippin p. 441.
- 744, Sept. — 745, Sept. 1. Ad monast. S. Donatu in Fusqua in finibus Voloterrana. Emithancu cum uxore Teuflada vendit Tanualdo presb. eccl. S. Reguli medietatem casae in Paternu cum rebus appertinentibus pretio sol. 30. ‘Regn. d. n. Ratchis . . a. regni I. per ind. III’ (l.: ‘XIII’). Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 78 no. 42; Barsocchini V, 1, 21 no. 32 omitta addit; Troya 579. **162**
- Sept. In Benebentanum palatium. Gisolfus dux (Beneventanus) donat monasterio S. Mariae in Cingla, ‘in quo Acetruda abbatissa praeesse videtur’, duas curtes nominatas ‘ad Gruttule et ad Tora in finibus Teano loco Bairanum’ sitas, ‘cum ecclesia S. Cecili in praedictas fines aedificata et cum septem condomas de serbis’. Transsumpt. iudic. a. 943, arch. Casin. — Tosti, Storia di Montecasino I, 80; Troya 581. **163**
- Oct. — Luponis ducis Spoletini praeceptum ‘mense Octobris ind. XIII’. datum, quo Theodico de Germaniciano libertatem dederit, citatur in placito Insarii a. 747, Apr. 18. **164**
- Oct. In Beneventanum palacium. Gisolfus dux (Beneventanus) concedit, Giselperto monacho S. Benedicti Casin. petente, ut cella S. Crucis cum rebus appertinentibus quae Anastasii presb., ‘qui advena fuerat homo’, fuerat et ‘post discessum eius in’ ipsius ducis ‘iura debuerat devenire’, a Deusdedit abbate vero empta erat, ab eodem abbate monasterio S. Mariae in Cella venundetur. Ex Reg. Petri Diac. Casin. no. 173 ed. Gattola, Hist. Casin. I, 27; Troya 582. **165**
- Nov. Beneventi in palatio. Gisolphus dux (Beneventanus)

confirmat Zachariae abbati S. Sophiae ad Ponticellum iudicatum Romualdi, patris sui: quo charta ab uxore filioque cuiusdem Friderici cellarii oblata falsa declarata, lis de 'casa ad Ponticellum' pro eodem abbate iudicata erat. Reg. S. Soph. II, 9; Ughelli X, 449; Troya 583. **166**

Nov. — 'Scripcio quomodo Anseramo scanfarda una cum Lupu et Ansone, filii sui, venundederant Deusdedit presbitero vinea et terras in Ailane . . quae scripta erat per Radichis notarium temporibus d. Gisolphi summo duci anno nonodecimo ducatus eius mense Nob. ind. quarta-decima' citatur his verbis in iudicato autogr. a. 1020, Iul. arch. Casin. Gattola I, 35; Troya 584. (a. XIX. ducatus Gisulfi non respondet ind. XIV). **167**

Nov. In Reate. Adualdus et Audolfus tradunt monasterio S. Mariae (Farfensi) 'duos casales Asilianum et Fiola', pro quibus accipiunt a Godefrido gastaldio 'casales duos, 'ubi', inquit, 'invenire in republica poterimus'. 'Temp. d. Luponis gl. et summi ducis . . anno eius . . primo, et v. m. Godefrid gastaldii civitatis Reatine mense Nov. ind. XIV'. Inter testes: Pando marepasus, Ansifridianus medicus, Aldo covitor. Reg. Farf. 12. Galletti, Vestarario p. 80; Troya 585. **168**

Dec. Spoleti in palatio. Lupo dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi), 'ubi Fulcoaldus abbas praeesse videtur', colonos duos cum casis et agris 'in territorio Reatino loco ad S. Cassianum vel in Mausoleo'. Anno ducatus . . I. ind. XIV. Reg. Farf. 14. Fatteschi p. 261 no. 5; Troya 586. **169**

746. Ind. 14—Spt. 1—15; Ratchis a. 2—Spt. Oct. —3.

Febr. In civitate Reatina. Palombus diaconus donat monasterio S. Mariae (Farfensi) sub Fulcoaldo abbate constituto omnes res suas. 'Temp. . . Luponis summi ducis . . et v. m. Pertonis gastaldii civ. Reat. . . ind. XIV'. Reg. Farf. 31. Galletti, Vestarario p. 79; Troya 578. **170**

Mart. 1. — Ratchis rex capitula legum edicto addenda 'cum iudicibus tam de Austriae quam et de Neustriae vel Tusciae finibus' constituit. 'Anno regni II, die Kal. Mart., ind. XIV'. MG. LL. IV, 186.

Mart. 4. Ticino in palatio. Rathchis rex confirmat ecclesiae SS. Antonini et Victoris prope muros civitatis Placentinae sitae praeceptum 'cessionis et firmitatis' Hilprandi regis (cf. supra a. 744, Mart. 31). 'Dat. . . a. regni II, ind. XIV'. Ex arch. cathedr. Plac. ed. Campi I, 454; Troya 591. **171**

Mai. In Beneventano palatio. Gisolphus dux (Beneventanus) iudicatum facit inter Theodoricum abbatem monasterii S. Petri et Benedictum presbyterum S. Mariae in

- Quintodecimo de ecclesia S. Petri in Quintodecimo. Benedictus causam obtinet. Reg. S. Soph. III, 3; Ughelli X, 457; Troya 592. **172**
- 745, Spt. 1—746, Jul. In civitate Reatina. Lupo dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi) 'ex gualdo qui dicitur ad S. Iacintum petiam unam. Anno . . ducatus I, ind. XIV. sub Bertone gastaldio'. Reg. Farf. 15. Galletti, Gabio 75; Troya 593. **173**
- Sept. 1. (Lucae) in domo eccl. Auselmi promittit Walprando episcopo (Lucensi), se in casa eius in loco Wamo, quam iam pater ipsius habuerat, habitaturum et consueta tributa singulis annis persoluturum esse. 'Regn. d. n. Ratchisius . . a. regni II. in ipsa Cal. Sept. ind. XV'. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. II, 771; Brunetti I, 517 no. 34; Barsocchini V, 2, 21, no. 33; Troya 594. **174**
- Oct. Luca in domo S. ecclesie. Luceri presbyter promittit Walprando episcopo, pro eo quod ipsum 'una cum filiis ecclesie in ecclesia S. Petri in loco Mosciano presbiterum' ordinavit, se huic ecclesiae bene iustequae servitutum, quod si non fecerit, auri sol. 100 compositurum esse. 'Regn. d. n. Ratchis . . a. III. ind. XIV'. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. VI, 411; Brunetti I, 518 no. 35; Barsocchini V, 2, 22 no. 34; Troya 595. **175**
- Oct. In gualdo in Pontias. Lupo dux (Spoletinus) donat 'pro mercede domni nostri Ratchisi regis' monasterio S. Mariae (Farfensi) in fundo Acutiano sito, sub Fulcoaldo abbate constituto, 'gualdum qui nominatur ad S. Iacintum. Dat. . . a. ducatus II. mense Oct. per ind. XV, sub Bertone gastaldio et Causaldo archiporcario vel Gundualdo actionario'. Reg. Farf. 16; Fatteschi p. 262 no. 6; Troya 596. **176**
- Dec. 16. Luca finibus Massa. Causulu vendit Tanualdo presbytero S. Reguli tres partes casae rerumque appertinentium 'in Teupasciu qui vocitatur Favarius. Reg. d. n. Ratchis . . a. III, in medio mense Dec., per ind. XV'. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. II, 1041; Brunetti I, 520 no. 36; Barsocchini V, 2, 22 no. 35; Troya 597. **177**
- Dec. Luca. Albulo 'havitator in vico Civileiano ad Piscia minore' vendit Crespino curtem suam in eodem vico sitam pretio sol. Lucanorum 15. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 23 no. 35; Troya 598. **178**
747. Ind. 15—Spt. 1—1; Ratchis a. 3—Spt. Oct. 1—4.
- Mart. Luca. Teutpert de Placule vendit Anucardo presbytero medietatem ecclesiae S. Petri in loco Castellone sitae, quam ipse de Donno emerat. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 24 no. 37; Troya 600. **179**

- Mart.** In Beneventanum palatium. Gisolphus dux (Beneventanus) donat Rimecauso abbati monasterii S. Stephani fundati 'in Strada' servos duos cum uxoribus, filiis ac filiabus, 'pro homicidio quod perpetraverunt, qui fuerunt de actu Canusino, quem gastaldus tenere videtur'. Reg. S. Soph. II^a, 20; Ughelli X, 455; Troya 601. **180**
- Apr. 18.** (Spoleti). Insarius 'ex iussione domni Ratchisii regis directus in Spoletum pro singulis causis' constituit circumeundo per singulas curtes fines 'gualdi publici qui vocatur ad S. Iacinthum, qui tam per regale ipsius domni Ratchisi regis praeceptum quam per Luponis gloriosi ducis monasterio S. Mariae (Farfensi) concessum fuerat, una cum Andreate notario misso' Luponis ducis 'et Immone gastaldio civitatis Reatine atque Ansualdo et Alpareno sculdhore, Pandone maripassu' aliisque hominibus, praesente quoque Fulcoaldo abbate monast. Farf. 'Anno d. Ratchisii regis . . III. . . . ind. XV'. Reg. Farf. 35; Galletti, Gabio p. 77; Troya 602. **181**
- Mai. 2—6.** Luca. Achipert donat ecclesiae S. Georgii Lucensi 'casam unam, ubi vocabulum est Miliano', portionem suam 'de sala ad Cecina' aliasque res, certis conditionibus constitutis. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 24 no. 38; Troya 603. **182**
- Mai.** In Beneventano palatio. Gisolfus dux (Beneventanus) 'una cum Petronaci abbati' concedit Gausani abbatisae, Lancritude et Gariperge monialibus S. Mariae in Cingla, quae 'externae peregrinantes' in terram Beneventanam venerant, ut in eodem monasterio remaneant eo ordine, 'ut dum una ex' eis 'advixerit, inibi regimen tenere debeat'. Petri Diac. Reg. Casin. 174; Gattola, Hist. Casin. I, 27; Troya 604. **183**
- Mai.** — Rotfred donat monasterio S. Mariae in fundo Acutiano 'terrulam de casale S. Viti'. 'Temp. d. v. gl. Luponis ducis . . et v. m. Gotfredi gastaldii civ. Reat.' Reg. Farf. 24; Troya 605. **184**
- Mai.** In Sabinis in casa b. Iacinti. Bona donat monasterio S. Mariae in fundo Acutiano eiusque abbati Fulcoaldo omnes res, quas in fundo Fornicate possidet, 'exceptis hominibus cum mobilibus suis. Temp. d. v. gl. Luponis ducis . . et v. m. Golfredi gast. civ. Reat.' Reg. Farf. 32; Galletti, Gabio p. 83; Troya 606. **185**
- Jun.** In civitate Ticino. Lupo dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi) sub Fulcoaldo abbate constituto 'casalem unum qui dicitur Turris' in territorio Sabinensi situm. 'Quoniam', inquit, 'ex iussione precellentis et a Deo conservati domni nostri Ratchisi regis concessimus in ipso almo monast. gualdum . . Nunc itaque dum

- ad vestigia ipsius principis nostri coniunxisemus iterum per eius voluntatem et iussionem et pro mercede et lumine eius vel gentis eius . . concedimus. Dat. . . a. ducatus II. . . per ind. XV. sub Gundualdo actionario'. Reg. Farf. 17; Galletti, Gabio p. 84; Troya 607. **186**
- Jul. 7. In palacio Papia. Ratchisi regis praeceptum 'septima die mense Iulio in regno tertio per ind. XV'. datum, quo concesserat Liminoni presbytero casas vel res in fundo Suresele loco qui dicitur Ursianica, citatur in placito a. 843, Febr. Lupi I, 699; Troya 609; Hist. patr. mon. XIII, no. 12, no. 149. **187**
- Jul. Luca. Aurimo vir honorabilis tradit Petro terram suam in loco ad S. Paulo in clausura et recipit ab eodem 'in viganeo' partem eius 'de casa in loco Apulia. Regn. d. n. Ratchis . . . a. III. mense Iulio, ind. XV'. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 25 no. 39; Troya 608. **188**
- Aug. 5. In curte Carbonaria. Rachis rex fines territorii per missos suos Giselpert et Gumpert inquisitos monasterii S. Columbani Bobiensis, cui Anastasius abbas praeerat, constituit. 'Anno . . regis nostri tertio decimo' ('decimo' delendum) 'ind. XV'. Ex apogr. tabul. Bob. ed. Muratori, Ant. I, 517; Troya 610. **189**
- 746, Sept. — 747, Sept. 1. Clusio. Alolfus vendit Rodfrido 'terrulam in fundo Matiani' sol. 2. et trem. 'Regn. . . Radchisi . . a. III. per ind. XV'. Ex or. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 521 no. 37; Troya 599. **190**
- Nov. 2. Spoleti in palatio. Lupo dux (Spoletinus) concedit Fulcoaldo abbati petenti, ut eius soror in monasterio S. Petri in Classicella resideat, submittit idem monasterium regimini monasterii S. Mariae (Farfensis). 'Dat. . . a. ducatus . . III, ind. I., sub Godefrido gastaldio'. Reg. Farf. 18; Troya 611. **191**
748. Ind. 1— Spt. 1—2; Ratchis a. 4— Spt. Oct. —5.
- Mart. 13. Pisas. Liutpert qui et Centolus archidiaconus Pisanae ecclesiae aegrotus tradit Bighiberto qui et Maccio, consobrino suo, praesentibus Iustino episcopo et aliis clericis ac laicis Pisanis, medietatem omnium rerum suarum. Dehinc Liutpert et Bighibert testamento constituunt, ut ipsis mortuis servi et ancillae sui libertatem accipiant ea conditione, ut mundium eorum sit in potestate ecclesiae S. Mariae vel episcopi Pisani, 'et per omne casa per singulos annos dare debeant ad casa S. Mariae exenio trimissale'. Charta scripta est a Iohanne episcopo. Ex or. arch. archiep. Pis. ed. Orlendi, Orbis sacer et profanus II, 2, 920; Muratori, Ant. III, 1025; Brunetti I, 524 no. 38; Troya 617. **192**

Apr. In Beneventano palatio. Zacharias abbas donat 'cum consilio et iussione' Gisolphii ducis Lupo 'terciam portionem de casa intra Beneventanam civitatem' sita, quae sibi a duce donata erat. In fine chartae legitur: 'ego . . Zacharias pro confirmanda mea donatione nominatam . . petii potestatem, ut annulum suum affigi preciperet, quod et affixum est'. Reg. S. Soph. III, 4; Ughelli X, 458; Troya 618. **193**

Apr. 10. In Trebuano. Alexander de Sporticiano mutuum sumit ab Arighiso de Campilioni auri solidum, pro quo oppignerat petiolam unam prati loco qui dicitur Fassiolas siti. Ex or. arch. S. Ambr. Mediol. ed. Fumagalli, Cod. S. Ambr. p. 25; Troya 619; Hist. patr. mon. XIII, 13. **194**

747, Spt. 1—748, Spt. 1. Luca. Gallus diaconus offert ecclesiae S. Reguli loco Waldo sitae casam 'in loco Germaniano', qui 'regitor per Cioddolo et Theudoricolo massariis', ea conditione, ut ipse donec viveret usumfructum habeat. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 26 no. 40; Troya 620. **195**

Sept. 8. Pistoria. Ratpert fundat monasterium et xenodochium SS. Petri, Pauli, Anastasii, cui medietatem omnium rerum suarum donat, abbatem Dominicum praeficit. De rebus suis multa pro coniuge, filia, fratre, sorore testamento constituit. 'Regn. Rachis . . a. quarto per ind. II'. Apogr. tabul. dipl. Florent. a. 1114. — Muratori, Ant. V, 405. 505; Zaccaria, Anecd. Pistoriensia p. 270; Brunetti I, 530 no. 39; Troya 621. **196**

Dec. Spoleti in palatio. Bona relicta Averolfi gastaldii donat cum consensu Oterami et Fulcualdi, filiorum suorum, monasterio S. Mariae (Farfensi) eiusque abbati Fulcoaldo 'casalem Fornicatam infra gualdum qui vocitatur ad S. Iacinthum' situm, ea conditione, ut colonis eiusdem fundi liceat aut ibidem consueta tributa persolventes remanere aut cum rebus mobilibus exire. Inter testes comites tres gastaldii duo. 'Temp. d. Luponis . . a. ducatus . . IV' ind. II'. Reg. Farf. 25; Galletti, Gabio p. 87; Troya 622. **197**

742—749.

— — Ratchis rex 'fecit donationes cartule Romane, sicut ipsi Romani petierunt'. Benedicti chron. cap. 16. MG. SS. III, 702. **198**

— — Ratchisii regis praeceptum monasterio Bobbiensi datum citat Ludovicus II. imp. a. 861, Oct. 7. Hist. patr. mon. I, 30. **199**

— — Ratgisi regis praeceptum ecclesiae Mutinensi datum citat Ludovicus I. imp. a. 822. Febr. 8. BR. 343; Sickel 174. **200**

- In monte Soracte. 'Rachisi rex et Tassia regina, uxor eius, per preceptum donationis' tradunt monasterio SS. Silvestri et Nonnosi 'curte unam, nuncupantem Ustriciano in territorio Spolitino'. Bened. chron. cap. 16, MG. SS. III, 703. 201

749, Ind. 2— Spt. 1—3; Ratchis a. 5.

- Perusiam civitatem Ratchis rex obsidens a Zacharia papa ad solvendam obsidionem commovetur. Lib. pont. II, 79, V. Zachariae cap. 23.

c. Jun. Romae. Ratchis relinquens regalem dignitatem ad b. Petri limina cum uxore et filiis aggressus, a Zacharia papa clericus effectus, monachico indutus habitu cum uxore et filiis, in monasterium Casinense se recepit. Lib. pont. ed. Vign. II, 80; [Chron. Salern. 1]; Leo Ost. I, cap. 8.

31. AISTULF 749—757.

Jul. 3. 4. Mediolani. Aistulfus, frater Ratchisi, rex coronatur. Bened. chron. cap. 17: 'mense Iunio'; Catal. Brix., SS. Lang. p. 503: 'mense Iulio, ind. II'. (De die cf. Oelsner, Pippin p. 436).

- — Tasia, uxor Ratchisi, et Rattruda, filia eius, ex propriis sumptibus monasterium puellarum in Plumbariola extruunt multisque opibus ditant. Pauli cont. Cas., SS. Lang. p. 199; Leo Ost. I, cap. 8. 202

Jul. In Reate. Iuenalis missus Luponis ducis (Spoletini) et Tacipertus gastaldius Reatinus iudicatum faciunt de casalibus in gualdo ad S. Iacinthum sitis, quae antea per iudicatum Insarenis missi regis, Andreae notarii, Luponis ducis, Taciperti gastaldii, Ansualdi sculdhoris, Audolfo et Audualdo addicta erant, nunc autem monasterio Farfensi adiudicantur. Reg. Farf. 27; Assemani, Ital. hist. script. III, 411; Galletti, Gabio p. 86; Troya 623. 203

Jul. In Reate. Isemundus et Teudemundus fratres donant monasterio S. Mariae (Farfensi) et Fulcualdo abbati 'medietatem de casale qui nominatur ad Centum vel Alinianus. Temp. d. Luponis . . a. ducatus V. et v. m. Taciperti gast. civ. Reat. . . per ind. II'. Reg. Farf. 26; Galletti, Gabio p. 85; Troya 624. 204

Sept. Beneventi in palatio. Gisolphus dux (Beneventanus) donat Urso thesaurario suo condomam Marichis, 'qui habitare videtur in Silice de subactione scauri qui nominatur Lupoaldus', et Florentium servum, 'qui fuit de subactione Trasarii gastaldi et vestararii'. Reg. S. Soph. Ben. III, 27; Ughelli X, 458; Troya 625. 205

Nov. In Reate. Benedictus diaconus et Teuderadus fratres vendunt Fulcoaldo abbati monasterii S. Mariae (Farfensis)

- agri portiunculam Piciareni coloni in Busiano et in Hilice. 'Temp. d. Lupi . . a. ducatus V. et v. m. Taciperto gast. civ. Reat. . . per ind. III'. Reg. Farf. 28 ed. Troya 626. **206**
- Nov. In Reate. Benedictus diaconus et Teuderadus fratres vendunt Fulcoaldo abbati monasterii (Farfensis) 'casalem in Sabinis qui nominatur Paternus'. Temp. ut in precedenti charta. Reg. Farf. 29 ed. Troya 627. **207**
- Dec. In curte ducali ad Varianum. Lupo dux (Spoletinus), petente Fulcoaldo abbate, mulieres vias, quasdam monasterium S. Mariae (Farfense) percurrentes ingredi et idem monasterium adire vetat. Reg. Farf. 20; Galletti, Gabio p. 20; Fatteschi p. 263 no. 8; Troya 628. **208**
750. Ind. 3—Spt. 1—4; Aistulfi a. 1—Iul. 3—2.
- Mart. 1. Intra Ticinum in palatio. Aistolfus rex 'una cum cunctis iudicibus et Langobardis universarum provinciarum' legum capitula edicto addenda constituit 'anno regiminis primo, indictione tertia'. MG. LL. IV, 195.
- Apr. Clusi. Donatus vendit Tanduino et Fuolfo casam, hortum, curtem, vineam 'in casale Agelli ad Orcia. Regn. . . Aistolfo rige anno I. . . ind. III'. Autogr. arch. Flor. ed. Brunetti I, 535 no. 40; Troya 635. **209**
- Jun. 26. Pisa. Racolo confirmat ecclesiae S. Mariae de Cassina per chartam donationem omnium rerum suarum, quas iam ante nonnullos annos eidem ecclesiae tradiderat. 'Regn. Aistolfo . . hanno regni I, . . per ind. III'. Ex arch. archiep. Pis. ed. Muratori, Ant. III, 1007; Brunetti I, 537 no. 41; Troya 636. **210**
- 749, Spt. 1—750, Jul. 2. Luca. Tanualdus presbyter promittit Walprando episcopo (Lucensi), ecclesiae S. Reguli in Waldo bene iustequ se servitutum, omnia quae adquisierit eidem ecclesiae traditutum esse, quod si non fecerit, auri solidos 200 compositutum. 'Regn. Aistolfus . . a. regni I, mense . . . , ind. III'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 11 no. 7; Barsocchini V, 37 no. 41 quaedam emendat; Troya 630. **211**
- 749, Spt. 1—750, Jul. In civitate Reatina. Lupo dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi) eiusque abbati Fulcoaldo 'duos casales id est Asinianum et Fiollam', quae idem monasterium per concambium ab Aualdo et Audolfo receperat. 'Dat. . . a. ducatus V, ind. III, sub Immone gastaldio nostro'. Reg. Farf. 19 ed. Galletti, Vestarario p. 82; Troya 629. **212**
- 749, Jul. 3—750, Jul. 3. — Aystulphus rex in primo anno regni sui per suum preceptum concessit interventu Giseldrudae reginae, sororis Anselmi abbatis olim ducis, eidem Anselmo locum qui nuncupatur Fanianus, in quo idem

Anselmus monasterium S. Salvatoris construxit. Ita refert Vita S. Anselmi, SS. Lang. p. 567. 213

Oct. In curte ducali ad Varianum. Lupo dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi) eiusque abbati Fulcoaldo 'curticellam unam ad S. Vitum prope fluvio Farfe loco ubi nominatur Vitianus' cum colonis et ibidem, et in Montaniano, in Tauriano, in Negotiano etc., quos singulos nominat, habitantibus. 'Anno ducatus VI, ind. IV, sub Immone gastaldio'. Reg. Farf. 33; Galletti, Vestarario p. 84; Fatteschi p. 263 no. 9; Troya 637. 214

Nov. In palatio Spoletano. Lupo dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi) servum 'Sindulum cum uxore et filiis et portiuncula sua unde piscationem facere visus est in loco qui nominatur Septepontius. Anno ducatus VI, . . ind. IV, sub Immone gastaldio nostro'. Reg. Farf. 21; Galletti, Chiese di Rieti p. 105 n.; Troya 638. 215

Nov. In Beneventano palatio. Gisolphus dux (Beneventanus) donat 'per rogum Schaunipergae coniugis' monasterio S. Stephani in Strada sub Rimecauso abbate constituto silvam 'cum terra vacua, quae fuit de actu Rotuli gastaldii'. 'Act. . . per ind. IV'. (Assemani II, 582: ind. I). Reg. S. Soph. Ben. II, 19; Ughelli X, 454; Troya 639. 216

Nov. Luca ad ecclesia S. Agathe. Petronacius qui et Flavipert presbyter donat ecclesiae S. Agathae in suo territorio ab ipso fundatae quasdam res. Decernit, ut post obitum suum ab eadem ecclesia alimonia pauperibus praebeantur, peregrini suscipiantur, quotidie missa pro ipsius animae salute celebretur, deinde ut ipso mortuo Aripert frater eidem ecclesiae praesit, aliaque constituit. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 79 no. 43; Troya 640. 217

Dec. In Spoletto in palatio. Lupo dux (Spoletinus) cum iudicibus suis, 'id est Gademario, Arechis diac., Perto stol., Allone sculd., Camerino gastaldo de Valva, Immo de Reate gastaldo' iudicatum facit inter Claudianum presbyterum et monachum et fratres eius de monasterio S. Mariae et Michaelis archangeli in Terentiano, quod Claudianus monasterio S. Mariae (Farfensi) donaverat, fratres sibi vindicabant. Ille causam obtinet. Reg. Farf. 30; Mabillon, Iter Ital. I, 2, 52; Id., Ann. Bened. II, 154: l. XXII, 58; Muratori, SS. II, 2, 341; Troya 641. 218

742—751.

— — Gisolphus II. dux (Beneventanus) per praeceptum servos tres monasterii S. Benedicti Beneventani rogante Zacharia abbate liberos constituit. Ita traditur in iudicato Arichis II. ducis Benev. a. 762, Aug.; v. infra. 219

- — Gisolphi ducis praeceptum cessionis Alachiso datum citatur in charta chronici Vultur. a. 766, Iun.; v. infra. **220**
 - — Gisulfus dux (Beneventanus) donat monasterio S. Vincentii ad Vulturum sito eiusque abbati Attoni ecclesiam S. Mariae in Locosano. Concedit, ut homines ipsius ecclesiae 'nullum publicum servitium facere' cogantur, ut eidem ecclesiae 'molendina facere in fluvio Calore et in fluvio Tretona' liceat. Chron. Vultur. ap. Muratori SS. I, 2, 354; Troya 649. **221**
 - — Gisulfus dux (Beneventanus) donat monasterio S. Vincentii Vulturensi eiusque abbati Attoni ecclesiam S. Columbae iuxta civitatem Soranam sitam. Chron. Vultur. ap. Muratori SS. I, 2, 354; Troya 652. **222**
 - In urbis Casinatium 'arcem, quo Mello dicitur, Gisulfus dux cum conscendisset, b. patri Benedicto cuncta in circuitu montana et planiora conferens, et fixis donariis posteris habenda imperpetuum concessit'. Chron. S. Benedicti: SS. Lang. p. 480. Cf. Leo Ost. I, 5: MG. SS. VII, 585. **223**
 - — Gisulfus dux (Beneventanus) donat monasterio S. Vincentii Vulturensi, 'ubi domnus Iohannes abbas praeesse videtur, ecclesiam S. Martiani, quam aedificavit Tato presbiter et monachus in territorio Sorano'. Chron. Vultur. ap. Muratori I, 2, 356; Troya 372. Suspectum; cf. Di Meo II, 219. **224**
- 745—751.
- — 'Munimen per quod' Lupo dux Spoletinus monasterio S. Mariae (Farfensi) 'concesserat ex gualdo civitatis Reatinae, qui vocitatur Tancies, casalem unum qui nominatur ad S. Pancratium' citat his verbis et confirmat Aistulfus rex a. 751, Iul. 4, no. 231. **225**
 - — Lupo dux Spoletinus tradit monasterio S. Mariae (Farfensi) Calispulum et parentes eius cum ecclesia S. Anthimi 'in casale qui dicitur Acutianus' sita ceterisque eorum rebus. Huius rei praeceptum citatur in iudicato Gisolphi ducis Spol. a. 761, Febr. v. infra. **226**
- 749—751.
- — Aistulfus 'summus rex Lang.' confirmat 'deprecatione Gisolfi ducis' monasterio S. Vincentii Vulturensi, 'ubi Paldo abbas regimen tenere videtur', quaecumque Gisulfus dux eidem donaverat, concedit privilegia. Chron. Vultur. ap. Muratori, SS. I, 2, 351; Troya 653. Spurious. Cf. Pabst in Forschungen II, 495; Hirsch p. 42 n. 2. **227**
751. Ind. 4—Spt. 1—5; Aistulfi a. 2—Iul. 3—3.
- Jan. Beneventi in palatio. Gisolphus dux (Beneventanus) donat Zachariae abbati omnes res quae fuerunt Auroaldi

curtisani. Reg. S. Soph. Ben. II, 10; Ughelli X, 450; Troya 642. 228

Febr. Beneventi in palatio. Gisolphus dux (Beneventanus) donat 'per rogam Taccunis vicedomini et Petruli gastaldi' Aioni iudici suo casam, quae fuit quondam Trimodi. Reg. S. Soph. Ben. III, 5; Ughelli X, 458; Troya 643. 229

Apr. Spolet. in palatio. Lupo et Hermelinda 'gloriosi et summi duces' constituunt, ut in monasterio S. Georgii prope muros civitatis Reatinae sito monachae 'tam incolares, quam de diversis provinciis, hoc est Langobardae vel Francae' congregentur. Submittunt idem monasterium tuitioni et defensionis monasterii S. Mariae (Farfensis), praeficiunt eidem Domnolinam abbatissam, post cuius mortem ius abbatissae cum consensu abbatis Farfensis eligendae monialibus concedunt. 'Anno ducatus . . VI, . . per ind. IV, sub Immone gastaldo nostro'. Reg. Farf. 22; Mabillon, Iter Ital. I, 2, 50; Muratori, SS. II, 2, 339; Troya 644. 230

Mai. Jun. — Lupone duce aut depulso aut mortuo Aistulfus rex ducatum Spoletinum sua manu retinet.

Jul. 4. Ravennae in palatio. Haistulfus rex confirmat, petente Fulcoaldo abbate, quatuor praecepta a Lupone duce monasterio S. Mariae (Farfensi) data, per Leodegarium episcopum (Spoletinum), missum eiusdem monasterii, ipsi oblata. 'Anno regni III, per ind. IV'. Reg. Farf. 23; Fatteschi p. 264 no. 10; Fantuzzi, Mon. Rav. V, 203; Troya 645. 231

Nov. In Reate. Fulcualdus abbas et Grimualdus et Anso fratres presbyteri pacto conveniunt de rebus Claudiani presbyteri monachi S. Mariae, fratrum barbani, de quibus lis erat inter monasterium S. Mariae (Farfense) et fratres presbyteros, ut illi dum vivant usumfructum casalis Tuliani habeant. Cf. no. 218. 'Regn. d. n. Haistolfo . . a. regni eius III. et v. m. Probatu gastaldio civ. Reat. . . per ind. V'. Reg. Farf. 36; Troya 646. 232

— Beneventi Gisulfo duci Beneventano mortuo succedit Liutprand, filius eius parvulus, cuius tutelam Scauniperga mater gerit. Cf. Hirsch p. 42; Oelsner, Pippin p. 444.

752. Ind. 5— Spt. 1—6; Aistulfi a. 3— Iul. 3—4.

Febr. 10. — Ursus clericus Ravennas, filius Iohannis ducis civitatis Ravennae, donat monasterio SS. apostolorum in castro Nonantula sito omnes res suas in comitatu Motinensi, in territorio Ravennati et Classensi, 'in finibus Faenses', Corneliensibus, Bononiensibus sitas. 'Regn. d. n.

- Astulfo . . anno III . . , per ind. VI'. Savioli, Ann. Bolognesi I, 2 p. 3; Tiraboschi, Nonant. II, 18 ex apogr. sec. XII; Fantuzzi IV, 155 no. 2; Troya 658. **233**
- Mai. 1. In Octabo. Altipergera monacha donat ecclesiae S. Salvatoris 'in loco qui vocitatur Octabo' casam cum rebus appertinentibus. 'Regn. d. n. Aistolf a. regni III. . . ind. V'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 81 no. 44; quaedam emendat Barsocchini V, 2, 27 no. 43; Troya 659. **234**
- — Fragmentum libelli de lite inter Aretinum et Senensem episcopos exorta, in quo digestorum et codicis Iustiniani auctoritas citatur. Ex apogr. arch. capit. Aret. ed. Muratori, Ant. III, 888; Brunetti I, 538 no. 42; Troya 660. **235**
- Mai. 20. — Stephanus III. papa confirmat Stabili episcopo Aretino iudicatum Liutprandi regis de basilica S. Ampsani, quam Ansfredus episcopus Senensis, petente Gausperto gastaldo Senensi, non legitime dedicaverat. Muratori, Ant. VI, 386; Pecci, Storia di Siena p. 49; Brunetti I, 540 no. 43; Troya 661; Iaffé 1766. **236**
- Jun. — Stephanus III. papa Paulum diaconum, fratrem suum, et Ambrosium primicerium ad regem Aistulfum ob pacis ordinanda atque firmanda foedera misit. Qui in quadraginta annorum spatium pacis foedus cum eo ordinantes confirmaverunt. Lib. pont. II, 89: V. Stephani cap. 5.
- Jun. In civitatem Suana. Arnifrid 'qui supernomine vocatur Arnucciulu' promittit 'Farciano, abitator in vico Tinu, se resedire in casa quondam Martaloni', socii sui. 'Regn. d. n. Aistolfi . . a. regni III, . . ind. V', Ex autogr. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 542 no. 44; Troya 662. **237**
- Jun. Luca. Perprand, filius Walperti ducis (Lucensis), vendit Walprando episcopo (Lucensi) partem suam 'de sala sundriale in loco 'Tocciano' sita pretio sol. 300. 'A. regni III, . . ind. V'. Autogr. arch. archiep. Luc. — Muratori, Ant. V, 1011; Brunetti I, 544 no. 45; Barsocchini V, 2, 27 no. 44; Troya 663. **238**
- Sept. Lucha. Willeradus clericus vendit 'Crispinulo negotiante duos petioli de terra. A. regni IV . . ind. VI'. Ex autogr. arch. archiep. ed. Barsocchini V, 2, 28 no. 45; Troya 665. **239**
- *Sept. 18. — Aistulfi regis et Gisetrudae reginae diploma spurium pro monasterio Nonantulano. Ex duobus apogr. ed. Tiraboschi, Nonant. II, 16; Savioli I, 2, p. 4; Troya 666. Cf. v. Savigny, Gesch. d. röm. Rechts I, 103; Waitz, Gött. gel. Anz. 1856, p. 1570. **240**
- Oct. — Aistulfus rex foedera pacis cum Stephano papa icta dirumpit. Lib. pont. II, 89.

- c. Oct. Nov. Nepe Aistulfus rex (Azzonem) S. Vincentii (Vulturvensis) et (Optatum) S. Benedicti (Casinensis) abbates, legatos Stephani III. papae, pacem postulantes suscipiens et omnino contemptui habens, eorum spernit munera, re infecta eos remittit. Lib. pont. II, 90.
- Nov. In Reate. Eudo monachus monasterii S. Salvatoris vendit cum consensu Adroaldi abbatis Fulcoaldo abbati monasterii S. Mariae (Farfensis) 'casalem qui dicitur Longitia. Regn. d. n. Haistulfo . . a. regni IV. et v. m. Probati gast. civ. Reat. . . per ind. VI'. Reg. Farf. 38; Galletti, Gabio p. 101 n.; Troya 667. 241
- Dec. Rosito. Scauniperga et Liutprand 'summi ducibus g. L. per rogum Radoald marepahis' confirmant mulierem Cundam cum filia sua Liuperga per quartam manum 'witrepura in gahida et gisel fulfreale' constitutam esse. Reg. S. Soph. Ben. III, 26; Ughelli X, 465; Assemani II, 586; Troya 669. 242
753. Ind. 6—Spt. 1—7; Aistulfi a. 4—Iul. 3—5.
- Febr. Spoleti. Rotharius abbas una cum coniuge sua Hitta monacha et cum filiis suis donat monasterio S. Mariae (Farfensi) 'olivas tallias 15 in loco qui vocatur Mussinus. Regn. d. n. Haistulfo a. IV. . . , per ind. V'. (Aut 'a. regni III' legendum et charta anno 752. tribuenda, aut 'ind. VI.' legendum est). Reg. Farf. 37; Fatteschi p. 265 no. 11; Troya 657. 243
- *Mart. In civitate Cremonae. Aripandus una cum Walderata coniuge et filiis suis, qui professi sunt ex natione sua lege vivere Langobardorum, donant monasterio SS. apostolorum Nonantulano omnes res suas. 'Agistulfus Dei nutu imperator augustus anno imperii eius IV . . ind. VII'. Ex apogr. s. XI. arch. Nonant. ed. Tiraboschi, Nonant. II, 19; Troya 673; Hist. patr. mon. XIII, 14. Charta spuria. 244
- Mart. 25. Luca. Pertifuns dat Walprando episcopo (Lucensi) pro pretio casae emptae, quod eidem debebat, 'una torre de auro fabrita' et casam cum hominibus et rebus appertinentibus et praedium suum 'in loco Tucciano et Lusciano'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 29 no. 46; Troya 675. 245
- Apr. In Reate. Miccio cum filiis suis donat ecclesiae S. Mariae 'in casale qui vocatur Taurianus' aedificatae substantiam suam in Casa Victoris sitam. 'Regn. Haistolfo . . a. regni IV. et v. m. Probato gast. civ. Reat. . . per ind. VI'. Reg. Farf. 40; Troya 676. 246
- Aug. In Reate. Teuto episcopus, Probatus et Preco gastaldus, Adualdus sculdahisius, Goderisius actionarius alique iudicatum faciunt inter Fulcoaldum abbatem (Farfensem) et Maurum de casali Turruniano, quod Fulcoaldo, praecepto

donationis Luponis ducis oblato (no. 214?), adiudicatur. 'Anno regni d. Haistulfi V, . . ind. VI'. Reg. Farf. 39; Assemani III, 415; Galletti, Chiese di Rieti p. 132; Troya 677. **247**

Nov. in. Papiam proficiscenti Stephano III. papae Aistulphus rex legatos obvios mittit. Lib. pont. II, 100, V. Stephani cap. 21.

c. Nov. 10—15. Papiæ Aistulphus rex semel atque iterum cum Stephano III. papa de restituendis civitatibus rei publicae ereptis et de eo quod papa in Franciam ire sibi proposuerit colloquitur. Lib. pont. II, 101.

Nov. In Benevento in palatium. Scaniperga et Liuprand 'summi ducibus g. L.' donant 'per rogum Eufimiae abbatisae' monasterio S. Mariae in Locosano, cui Albileopa abbatissa praeerat, condomas undecim et casas infra Beneventanam civitatem sitas. 'Act. . . per ind. prima'. (Ind. falsa est, ideo annus incertus). Chron. Vultur. ap. Muratori SS. I, 2, 374; Troya 668. **248**

754. Ind. 7—Spt. 1—8; Aistulfi a. 5—Iul. 3—6.

Febr. In gualdo Mirencla. Scauniperga et Liutprand duces (Beneventani) donant 'per rogum Atenolphi cubicularii' Punnuni scaffardo suo Fusam mulierem cum duobus infantulis et cum casa terraque in qua residebat. (Praeceptum datum 'per ind. XIII', quae recta non est, ideo annus incertus). Reg. S. Soph. Ben. Ughelli X, 552; Assemani II, 589; Troya 670. **249**

*Febr. Papiæ, in palatio Otalii. Aystulphus rex confirmat, Anselmo abbate ab ipso et Gisaltruda regina petente, monasterio SS. Petri et Pauli apostolorum Nonantulano omnes possessiones quum ab aliis, tum a se donatas, donat quasdam res, constituit privilegia. 'Data . . per ind. VII . . anno dom. incarn. 753'. Ughelli II, 86; Muratori, SS. I, 2 p. 191; Mabillon, Acta SS. o. B. IV, 1 p. 7; ex apogr. Nonant. Tiraboschi, Nonant. II, 7; Troya 671. Spurious. **250**

Mart. 1. — Ahistulf rex convocatis ex diversis partibus regni iudicibus capitula legum edicto addenda constituit 'anno regni quinto, ind. septima'. MG. LL. IV, 197.

Apr. In Massa Robiani. Gairipert vendit Tanualdo presbytero particellam suam 'in loco qui dicitur at Munte, at Panchule prope waldo domni regi'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 82 no. 45; Barsocchini V, 2, 29 no. 47 quaedam emendat; Troya 682. **251**

— — Aistulfus rex mittit Carolomannum principem monachum ad Pippinum regem Francorum. Lib. pont. II, 106, V. Stephani cap. 30.

Jul. 1. 2. — Austripert donat ecclesiae S. Cassiani (in vico Moriano sitae) quasdam res. 'Anno regni V, mense Iulio,

- ind. VII'. Ex autogr. mutilo arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 87 no. 48, 2; Troya 697, 2. 252
- Jul. 1. 2. — Bonualdus et Radualdus fratres residentes in casilibus Fornicata et Casula, associant sibi, quia census et angarias persolvere non valent, cum consensu dominorum suorum Fulcoaldi abbatis (Farfensis) et Mauri, avunculum suum Martianulum, ea ratione ut angarias et census pariter cum ipsis persolvat. 'Regn. d. n. Haistolfo . . anno V, mense Iulio, per ind. VII'. Reg. Farf. 41 ed. Troya 684. 253
- Jul. 1. 2. Luca. Walprand episcopus et Alpert dux ex mandato Aistolfi regis commutant quasdam res ecclesiae Lucensis et regales. 'Anno regni V, per ind. VII, in mense Iulio'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 84 no. 47; Barsocchini V, 2, 30 no. 49 quaedam emendat; Troya 685. 254
- Jul. 1. 2. In Luca. Walprand episcopus (Lucensis) 'ex iussione Aistulfi regis directus in exercito ambulandum cum ipso' testamentum facit. 'Anno regni V, mense Iulio, per ind. VII'. Apogr. arch. archiep. Luc. — Ughelli I, 795; Mabillon, Ann. Bened. l. XXIII, 7; Brunetti I, 554 no. 49; Bertini IV, 1^b, 83 no. 46; Barsocchini V, 2, 30 no. 48 quaedam emendat; Troya 686. 255
- Jul. 4—31. Pisa. Walfredus civis Pisanus donat monasterio S. Petri ab ipso in proprio territorio loco Palatiolo fundato, quod iurisdictioni episcoporum Pisani et Populoniensis, abbatum monasteriorum S. Salvatoris et S. Fridiani Lucensis submittit, diversas possessiones. 'Anno regni VI, mense Iulio, ind. VII'. Apogr. arch. dipl. Florent. — Orlendi, Orb. sac. III, cap. 43; Muratori, Ant. V, 1006; Soldani, Hist. S. Mich. de Passiniano p. 18; Brunetti I, 547 no. 48; Troya 687. 256
- c. Spt., Oct. Papiæ Aistulfus rex inclusus a Pippino rege Francorum per paucos dies obsidetur. Lib. pont. II, 112. Cf. Oelsner p. 449.
- c. Spt. — Nov. Papiæ Aistulfus rex cum Pippino rege et Stephano papa pacem facit, obsides dat, promittit iureiurando se Ravennam cum aliis civitatibus rei publicae ereptas ecclesiae Romanae traditurum esse. Lib. pont. II, 113, V. Stephani cap. 37; Einhardi Vita Karoli cap. 6.
755. Ind. 8—Spt. 1—9; Aistulfi a. 6—Iul. 3—7.
- Mart. Beneventi in palatio. Scaunipergera et Liutprandus 'summi duces g. L.' liberant monasterium S. Gregorii a Felicitate famula Dei restauratum omni episcopali vel alia ecclesiastica potestate. 'Act. . . per ind. XIII'. (Indictio falsa, ideo annus incertus). Reg. S. Soph. Ben. III, 10; Ughelli X, 460; Assemani II, 585; Troya 690. 257

Jul. 20. In curte Lemennis. Aistulf rex confirmat, Benedicto presbytero petente, praeceptum Ariperti regis, quo ecclesiae S. Laurentii Bergomati casam tributariam loco Calcinatæ sitam donaverat, donatque eidem ecclesiae 'omnes scuvies et utilitates quas homenis exinde in puplico habuerunt consuetudinem faciendum. Acto . . a. regni VII, per ind. VIII'. Ex autogr. arch. cath. Berg. ed. Lupi I, 437; Fumagalli, Ist. dipl. I, 228; Troya 693; Hist. patr. mon. XIII, 15. **258**

Aug. In Griciano. Rotchaldo 'havitator in Gliciano' donat ecclesiae S. Fridiani diversa praedia, ea ratione ut sibi dum vivat usufructus remaneat. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 30 no. 50; Troya 695. **259**

Aug. In Griciano. Gaiprand 'quia in exercito ad Francia iteratus est ambulandum' donat ecclesiae S. Frigidiani loco Griciano sitae casam cum rebus appertinentibus exceptis duabus petiis terrae, usufructu sibi reservato. 'Anno regni octavo' (l. septimo), 'ind. octava'. Ex autogr. arch. archiep. ed. Muratori, Ant. V, 627; Brunetti I, 559 no. 51; Barsocchini V, 2, 31 no. 51; Troya 696; cf. Oelsner, Pippin p. 446. **260**

Sept. In Vico (Morianò). Cleonia donat ecclesiae S. Cassiani medietatem usufructus ab Ostriperto domno suo sibi donati et tertiam portionem omnium rerum quas per morgincaph acceperat. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 87 no. 48; Barsocchini V, 1, 32 no. 52 quaedam emendat; Troya 697. **261**

Sept. (Lucae). Charta qua inter Walprandum episcopum et Alpertum ducem res Ariperti pictoris cum curte regali commutatae sunt, a. 754, Iul. 12. facta, deperdita, iussu Aistolfi regis renovatur. Bertini IV, 1^b, 84 no. 47; Troya 685. **262**

Nov. Ad S. Caesarium in Sabinensi territorio. Teuto episcopus (Reatinus) concambiat cum Fulcoaldo abbate (monast. Farfensis) casalem qui nominatur Iuvianus cum ipso colono Herfulo in eodem residente. 'Regn. d. n. Haistulfo . . a. regi VII. et v. m. Probatu gast. civ. Reat. . . per ind. VIII'. (l. VIII). Reg. Farf. 42; Assemani III, 417; Galletti, Gabio p. 19 n.; Troya 698. **263**

749—756.

* — Aistulfus rex donat, petente Lopecino episcopo per Giseldrudam reginam, Mutinensi ecclesiae curtem quae dicitur Zena. Ex apogr. mutilo monast. S. Petri Mutin. ed. Muratori, Ant. II, 151; Troya 656; Tiraboschi I, 236 praeceptum spurium iudicat. **264**

— 'Aistulf rex per suum cessionis preceptum donavet et confirmavet ecclesiam et monasterio S. Petri fundato a quondam Sumuald prope muro' Lucensis 'civitatis cum

- omnia iidem pertinente in integrum Auripert pictori'. Ita refert Ermipert in charta a. 763, Febr. 16; v. infra. **265**
- Aistulf rex ordinat 'per cartulam firmationis' Ermipertum, fratrem Auriperti pictoris, 'in eccl. et monast. S. Petri'. Ita refert idem Ermipert in charta laudata. **266**
- Aistulfus rex confirmat per rogum Desiderii postea regis iudicatum (i. e. testamentum) Auriperti, quo xenodochium instituerat. Sic refertur in iudicato Ticinensi a. 762, Mart. — Aug.; v. infra. **267**
- Haistulfus rex donat monasterio S. Mariae (Farfensi) 'casalem unum, qui pertinet ad curtem Germanicianam'. Cuius rei praeceptum citat et confirmat Theodicius dux Spol. a. 766, Jun. **268**
- Astulfus rex donat Desiderio postea regi fundum intra Brixiam civitatem situm, in quo postea coenobium monialium S. Salvatoris exstructum est. Ita refert Adelchis rex in praecepto a. 766, Mart. 3. **269**
- Ticino. Aistulfus rex iudicatum facit inter monasterium S. Vincentii Vulturense et Alachisum. Ita traditur in charta convenientiae chronici Vultur. a. 766, Jun. **270**
- Haistulfus rex donat Pandoni habitatori civitatis Reatinae pro servitio eius quaedam praedia. Ita refert ipse Pando in charta a. 757, Sept., no. 286. **271**
- Aystulfi regis praeceptum, quo coenobio Casinensi 'possessiones apud Liguriam constitutas concesserat', citat Leo Ost., Chron. Cas. IV, 18, MG. SS. VII, 770. **272**
- Haistulfi regis praeceptum donationis ecclesiae Placentinae datum citat Ludovicus I. imp. a. 820, Apr. 27. BR. 329; Sickel 154. **273**
- 751—756.
- Scauniperga cum Liutprando, filio suo, duce Beneventano confirmat praecepta Godeschalci et Gisulfi II. ducum, quibus servi tres monasterii S. Benedicti Beneventani liberi constituti erant. Ita traditur in iudicato Arichisi II. ducis a. 762, Aug. **274**
- Per iudicatum Scaunipergae et Liutprandi ducum Benev. monasterio S. Vincentii Vulturensis res quaedam a Gisulfo II. duce ereptae restituuntur. Ita refert charta chron. Vultur. a. 766, Jun.; v. infra. **275**
- * — Epistola ficta Stephani V. papae vel Paulini archiepiscopi Foroiuliensis, qua Haistulfus rex admonetur, ut propter uxorem sine causa occisam poenitentiam agat. Ex codd. Guelferb. et Vaticano ed. Waitz, N. Archiv I, 422.
756. Ind. 9— Spt. 1—10; Aistulfi a. 7— Jul. 3—8.
- Jan. 1. Romam aggressus Aistulfus rex cum magno exercitu urbem obsidere incipit. Ita refert Stephani papae epist. Cod. Carol. 8 ed. Jaffé, Bibl. IV, 44; cf. Oelsner p. 445.

- c. Mart. ex., Apr. in. Romae urbis obsidionem trium mensium spatio evoluta Aistulfus rex solvit. Lib. pont. II, 116.
- Apr. 5. Ticini in palatio Haistulfus rex donat monasterio S. Mariae (Farfensi), Fulcoaldo abbate petente, montem qui nominatur Alegia simul et planitiem eiusdem montis nomine Turrita. 'Anno regni nostri VII, per ind. VIII'. Reg. Farf. f. 1181; Fatteschi p. 265 no. 12; Troya 702; Chron. Farf. ed. Muratori SS. II, 2, 439. **276**
- Jun. Beneventi in palatio. Leoprاند dux (Beneventanus) cum Ingelbertone, Ioanne marepahis ceterisque iudicibus iudicatum facit de ecclesia S. Nazarii in Valle Alifana sita inter Engilbertam, quae ecclesiam aedificaverat, et Mauriciū abbatem, qui charta donationis oblata causam obtinet. Reg. S. Soph. Ben. I, 25; Ughelli X, 434; Assemani II, 584; Troya 703. **277**
- c. Jun. — Aug. Papiæ Aistulphus rex inclusus a Pippino rege Francorum obsidetur. Lib. pont. II, 119, V. Stephani cap. 46.
- c. Jul. — Aug. Papiæ Aistulphus cum Pippino rege pacem init ea conditione, ut exarchatum Ravennatem ceterasque civitates reipublicae Romanae ereptas Pippino tradat. Lib. pont. I. c.
- Oct. 25. In Campilioni. Walderada relicta Arochis donat basilicae S. Zenonis in fundo Campelioni sitae olivetum cum consensu Agelmundi, filii sui. 'Regn. Aistulf . . anno regni octabo, . . ind. decima'. Ex autogr. arch. S. Fidelis Mediol. ed. Fumagalli, Cod. dipl. S. Ambr. p. 28; Maffei, Verona ill., I, 2, 635 no. 4; Troya 705; Hist. patr. mon. XIII, 16. **278**
- Oct. In Reate. Gundualdus actionarius concambiat cum Fulcoaldo abbate monasterii S. Mariae (Farfensis) casalem nomine Bassianum, pro quo recipit terram in Vico Novo. 'Regn. d. n. Haistulfo . . a. regni VIII. et v. m. Ratfredi cast. civ. Reat. . . ind. XII' (l. X.). Reg. Farf. f. 1182; Fatteschi p. 266 no. 13; Troya 706. **279**
- c. Nov. Dec. — Aistulphus rex venatum pergens de equo casu proiectus tertia die obiit. Lib. pont. ed. Vign. II, 122; Cod. Carol. 11 ed. Jaffé IV, 64; Fredeg. Contin. c. 122 et Annales. (Cf. Oelsner, Pippin p. 437).

RATCHIS. 756—757.

- Dec. — Ratchis dudum rex, tunc autem Christi famulus, gubernavit palacium Ticinense a Decembrio usque Martium. Catal. Brix., SS. Lang. p. 503. Cf. Lib. pont. II, 122.
- In Tuscia Desiderius dux exercitum colligens 'regni Langobardorum arripere nisus est fastigium'. Lib. pont. I. l.

- Spoleti Albinus a Spoletinis cum consensu Stephani III. papae dux constituitur. Cod. Carol. ep. 11 ed. Iaffé, Bibl. IV, 65. (Aut exeunte anno 756, aut initio anni sequentis).

757. Ind. 10— Spt. 1—11.

Febr. Pisas. Andreas episcopus Pisanus tradit Atoni ecclesiam S. Mamiliani 'in loco Collinem' sitam. 'Guvernante d. Ratchis famulu Chr. principem gentis Lang. a. primo . . per ind. X'. Ex autogr. arch. archiep. Pis. ed. Muratori, Ant. III, 1007; Brunetti I, 561 no. 52; Troya 707. 280

Febr. Beneventi in palatio. Liuprandus dux (Beneventanus) donat 'per rogam Ausonis stolasi' Martino sartario omnem substantiam quondam Causarii, pro eo quod Leo, filius eius, cum ipsius ducis iussione Causeradam, filiam Causarii, sibi in coniugium desponsavit. Reg. S. Soph. Ben. III, 11; Ughelli X, 460; Troya 708. 281

- In Tusciae partibus. Desiderius dux 'per scriptam paginam sub terribili iuramento', praesentibus Fulrado abbate S. Dionysii et legatis Stephani III. papae, promittit, ecclesiae Romanae civitates ereptas se restitutum esse. Lib. pont. II, 123; Cod. Carol. ep. 11 p. 64. 282

32. DESIDERIUS. 757—774.

Mart. in. — Desiderius per procurationem Stephani papae et industriam Fulradi abbatis ordinatus est rex Langobardorum. Lib. pont. l. c.; Cod. Carol. l. c.; Catal. Brix. l. c. (De tempore cf. Oelsner, Pippin p. 437 sqq. De genere et familia Desiderii cf. Hist. patr. mon. XIII, 60 n.).

Mart. In Reate. Guinelapus sculdahis et Stephania uxor eius donant monasterio S. Mariae (Farfensi) diversa praedia. 'Temp. d. Albuini gl. et s. ducis g. L. anno ducatus I, et v. m. Alefridi gast. civ. Reat. . . per ind. X'. Reg. Farf. 43; Troya 709. 283

(c. Mart.?) — Desiderius per Garrinodum ducem et Grimoaldum Stephano papae 'reddendum spondit civitatem Bononiam cum finibus suis; et in pacis quiete' cum Romana ecclesia se mansurum professus est; petit, ut papa Pippinum regem ad pacis concordiam cum ipso continuandam commoveat. Cod. Carol. l. c.

Mai. In monasterio S. Mariae (Farfensi). Felix colonus monasterii S. Mariae (Farfensis) donat eidem monasterio omnes res suas in fundo Longitiae sitas, usufructu sibi viventi reservato. 'Temp. d. Albin s. d. et v. m. Hizzenis gast. civ. Reat. . . per ind. X'. Reg. Farf. 44; Troya 711; Id., Discorso de' vinti Romani, App. no. 2. 284

756 ex. — 757, Aug. — Albinus dux Spoletinus confirmat per praeceptum Pandoni habitatori civitatis Reatinae res ab

Aistulfo rege donatas. Ita tradit ipse Pando in charta seq. 285

Sept. In Reate. Pando vir clariss., habitator civitatis Reatinae, donat monasterio S. Mariae (Farfensi) et Fulcoaldo abbati quae 'per servitium a Haistulfo rege conquisivit vel Albuinus dux per praeceptum ipsi confirmavit, id est casalem Nempini nomine, campum Auriliani, qui est in massa Salaria, cerritum unum in Narnate. Temp. Albuini . . anno ducatus eius I. et v. m. Izonis cast. civ. Reat. . . ind. XI'. Reg. Farf. f. 1182 ed. Fatteschi p. 266 no. 14; Troya 714. 286

Oct. 17. In curte Germaniciano. Gundualdus habitator civitatis Reatinae suscipit curtem monasterii S. Mariae (Farfensis) 'in Germaniciano in actionem' et promittit omnia quae in eadem agenda sint bene ac fideliter se peracturum esse. 'Temp. d. Albuini gl. et s. ducis et v. m. Hizzonis gast. civ. Reat. . . ind. XI'. Reg. Farf. 45; Troya 718; Id., Disc. App. no. 3. 287

Oct. Luca, in vico Gurgite. Eonand donat 'monasterio S. Marie sito in loco Gurgite, ubi Leonaci abba preesse videtur', agrum suum loco 'prope Tripontio' situm. 'Regn. d. Desiderio . . a. regni I . . per ind. XI'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 88 no. 49; Barsocchini V, 2, 32 no. 53 quaedam emendat et addit; Troya 716. 288

Oct. In vico Gorgite. Eonand donat ecclesiae S. Pauli agrum 'prope Tripuntio' situm. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 32 no. 54; Troya 717. 289

Nov. 5. Luca. Sicherad presbyter, Fierad, Alapert donant ecclesiae et xenodochio SS. Geminiani, Pauli, Andreae prope muros Lucensis civitatis ab ipsis fundatis diversas res. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. III, 569; Brunetti I, 563 no. 53; Barsocchini V, 2, 33 no. 55; Troya 719. 290

758. Ind. 11— Spt. 1—12; Desiderii a. 1— Mart. —2.

Jan. 1. (Lucae). Peredeo episcopus (Lucensis) confirmat chartam Talesperiani episcopi, qua Maurino presbytero ecclesiam S. Prosperi regendam tradiderat. Ex apogr. s. XIII. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 66; Troya 720. 291

*Febr. 16. In palatio Ticinensi. Desiderius rex confirmat praeceptum Aistulfi regis monasterio SS. Petri et Paulo Nonantulano datum, ad verbum paene transcriptum (cf. no. 250). 'Dat. . . a. regni nostri II. et ind. V. Anno dom. incarn. 758'. Ex apogr. arch. S. Silvestri Veron. ed. Biancolini, Chiese di Verona IV, 723; Troya 721. Dipl. spurium. 292

c. Jan. — Apr. 'Per Pentapolensium civitates Desiderius rex transiens, ferro et igne omnia sata et universa quae

ad sumptus hominum pertinent consumpsit'. Cod. Carol. ep. 17 p. 79.

c. Jan. — Apr. Spoleti Desiderius rex Albuinum ducem cepit vinctumque secum abduxit. Cod. Carol. l. c.

c. Mart. — Apr. Benevento Liutprandus dux Beneventanus cum Iohanne nutritore suo adpropinquante Desiderio rege Hydruntum aufugit. Cod. Carol. l. c.

Mart. — Mai. Beneventi Desiderius rex Arichisum ducem constituit, cui Adelpergam, filiam suam, in matrimonium dedit. Cod. Carol. l. c.; Chron. Salern. cap. 9, MG. SS. III, 476. (De tempore cf. Oelsner, Pippin p. 444. 320; Hirsch p. 45 n. 2).

Mart. — Mai. Beneventi Desiderius rex cum Georgio legato imperatoris foedus icit. Cod. Carol. l. c.

Jan. — Aug. Apud Brixiam. 'Anno dominicae incarnationis 758. indictione 11. ceptum est monasterio domini Salvatoris locus qui dicitur Leones a gloriosissimus Desiderius rex'. Catal. Brix., SS. Lang. p. 503.

c. Apr. Mai.(?) Romae Desiderius rex cum Paulo papa colloquens, promittit ecclesiae Romanae se Imolam civitatem redditurum et pacem servaturum esse, si obsides suos a Pippino rege recepisset. Cod. Carol. ep. 17. 16, p. 80. 76.

Oct. Luca. Aripandus clericus testamentum facit, quo paene omnes res suas ecclesiis S. Thomae Lucensi, S. Petri et S. Quirici in Oliveto sitis legat, exceptis rebus 'in Contrune' sitis, quas Bandoni fratri evenire vult. Decernit, ne coloni sui plus quam censum consuetum persolvere, 'angarias vel schuphias' facere cogantur. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^a, 350; Barsocchini V, 2, 35 no. 56; Troya 723. 293

759. Ind. 12— Spt. 1—13; Desiderii a. 2— Mart. —3.

Jan. Luca. Ilprand clericus promittit Peredeo episcopo (Lucensi), se et filium suum, 'si ipse tonso capite ad episcopo Lucensi deservire voluerit', ecclesiam S. Thomae, cuius presbyter ordinatus est, bene fideliterque recturos esse. 'Regn. Desiderio . . a. regni II, . . ind XII'. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 89 no. 50; Barsocchini V, 2, 36 no. 57 addit subscriptiones testium; Troya V no. 725. 294

Jan. In vico Corgite. Raduald de Interracchule donat ecclesiae S. Prosperi omnium rerum suarum dimidiam partem, usufructu sibi et Sunderadae filiae suae reservato. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 36 no. 58; Troya 726. 295

Jan. — Desiderius rex et Ansa regina donant monasterio SS. Michaelis archangeli et Petri intra civitatem Brixianam ab

ipsis fundato, cuius abbatissa Ansilperga filia ipsorum erat, 'ex propria facultate sua curtem cui vocabulum est Cerro-[picto]'. Apogr. s. XI. bibl. Quirin. Brix. — Muratori, Ant. V, 497; Astezati, Ad Manelmum, de obs. Brixiae p. 43; Troya 727; Hist. patr. mon. XIII, 18. **296**

Mart. 31. Luca. Guduin et Adulfu fratres, 'avitatori in vicho Campulo', vendunt Gundualdo presbytero casam suam cum rebus appertinentibus pretio sol. 10. 'Regn. Desiderio a. regni III, . . ind. XII'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. II, 1023; Barsocchini V, 2, 37 no. 59; Troya 734. **297**

Apr. Spoleti Gisulfus dux constituitur.

Jun. Luca. Agare clericus vendit Iohanni clerico petiolam terrae in civitate Lucensi sitam pretio sol. 1. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 37 no. 60; Troya 735. **298**

Mart. — Aug. Luca. Rachipert de Interaccule donat ecclesiae S. (Michaelis arch)angeli prope muros civitatis Lucensis sitae omnes res suas, usufructu Auderadae matri suae reservato. 'Regn. Desiderio a. regni III, . . ind. XII'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 91 no. 51; Barsocchini V, 2, 38 no. 61 quaedam emendat; Troya 733. **299**

Aug. 6—20. — Adelchis a patre Desiderio in regni consortium assumitur. Cf. Oelsner p. 440.

33. ADELCHIS. 759—774.

Sept. 17. Ticino. Ypolitus episcopus Laudensis vendit, postulante Radoara monacha hoc a Desiderio rege, Guideri rectori monasterii S. Mariae Brixiani 'medietatem de curte in loco qui dicitur Alfiano', quam Gisulfus strator ecclesiae Laudensi, usufructu Radoarae uxori reservato, donaverat, et pretium acceptum sol. 3850 pauperibus distribuit. 'Temp. d. n. Desiderii et Adilchis . . a. regni eorum III. et I, . . ind. XIII'. Ex apogr. vetust. ed. Astezati l. l. p. 43; Muratori, Ant. III, 555; Troya 736; ex autogr. Cremon. ed. Odorici in Hist. patr. mon. XIII, 19. **300**

Oct. Civitate Lucensi. Deusdede presbyter, Deusdona clericus, Filipert clericus, fratres, Wilipert, filius Filiperti, clericus, fundant ecclesiam S. Petri in loco Ansalari, reservantes sibi ius 'per comune consilio ipsa Dei ecclesia gubernandi' et ordinationem faciendi. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 38 no. 62; Troya 737. **301**

Oct. Luca. Gumfrid et Baruncio fratres cum Peredeo episcopo (Lucensi) pacto conveniunt, ut casam eius cum rebus appertinentibus in loco Saltucclo sitam, quam pater ipsorum iam habuerat, 'ad resedendo et meliorando' suscipiant,

eo tenore, ut quotannis solidum persolvant, 'et medietatem vino et angaria ad sundro domnico facere' debeant. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 39 no. 63; Troya 738. 302

Dec. 29. Luca. Gregorius donat ecclesiae S. Donati 'in loco qui dicitur Asulari' ab ipso fundatae omnes res suas exceptis duabus petiolis terrae, reservat sibi usumfructum et ius presbyterum eiusdem ecclesiae ordinandi, decernit, ut ipso mortuo ecclesia in potestatem episcopi Lucensis transeat. Autogr. arch. archiep. Luc. — Muratori, Ant. II, 1022; Brunetti I, 568 no. 55; Barsocchini V, 2, 40 no. 64; Troya 739. 303

760. Ind. 13—Spt. 1—14; Desiderii a. 3 — Mart. —4; Adelchis a. 1— Aug. —2.

Febr. Clusi. Arnolfu profitetur, se iam antea Iobiano petiam terrae 'in casale Agelli' sitam vendidisse, chartula tunc non emissa. 'Regn. d. n. Desiderio e Adelgis . . a. regnis eorum III et I, . . ind. XII' (l. XIII). Ex autogr. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 566 no. 54; Troya 731. (Editores chartam male anno 759. tribuunt; cf. Oelsner, Pippin p. 440). 304

Mart. 25. Luca. Amolcari testamento legat omnes res suas ecclesiis S. Donati et S. Georgii, ea conditione ut Sindruda obsequialis sua quoad vivat usumfructum habeat. 'Desid. et Adel. . . a. regni IV. et I, . . ind XIII'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 41 no. 65; Troya 742. 305

Jan. — Mart. — 'Constitit inter' legatos Pippini regis, Remedium episcopum et Autcharium ducem, 'et Desiderium regem, ut per totum instantem mensem Aprilem indictionis XIII. omnes iustitias b. Petri' hic restitueret. Cod. Carol. ep. 19 p. 87. 306

Apr. In Septepontio. Maurisso et Ubaldulus vendunt Raginfredo monacho (Farfensi) 'terram suam in Septepontio solido 1, pro quo accipiunt 'paccam de lardo unam pro medio solido et sex modia milii pro medio solido. Temp. d. Gisulphi gl. et s. ducis, anno ducatus eius I. et v. m. Alfrith gast. civ. Reat. . . per ind. XIII'. Reg. Farf. 49; Troya 743. 307

Apr. — Dissidentibus Desiderio rege et legatis papae, quae de restituendis iustitiis ecclesiae Romanae constituta erant irrita fiunt. Cod. Carol. ep. 20, p. 89.

c. Apr. (Ad Tudert). Tebaldo et Tupno missi Desiderii regis fines constituunt comitatus Tudertini, iurantibus iudicibus civitatum vicinarum. 'Temp. papae Pauli et magni Desiderii regis Lang., anno IIII. regni eius, ind. XIII'. Ex registro arch. Tudert. f. 15 ed. Amaduzzi, Anecd. litt. ex

- mss. codd. I, 445; Troya 741. Cf. Cod. Carol. 19. 20, p. 87. 89. **308**
- c. Apr. Mai. — Desiderius rex Paulo papae 'direxit litteras, per quas comminationes et detractionum verba protulit'. Cod. Carol. ep. 20. 21, p. 90. 93. **309**
- Mai. med. Beneventum in basilicam S. Sophiae ab ipso constructam transfert Arechis dux Beneventanus corpora SS. 12 fratrum; cui ecclesiae 'descriptis brevibus urbem concedit, vicos, fundos et predia donat in cunctis sibi subiectis regionibus'. Carm. de transl. SS. 12 fratrum SS. Lang. p. 575. **309a.**
- Mai. Loco Paternu Maiure. Cellulo donat omnes res suas Lupo presbytero. 'Desid. et Adel. . . a. IV. et I, . . per ind. quartadecima' (l. XIII). Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 92 no. 52; Barsocchini V, 2, 42 no. 66 quaedam emendat et addit; Troya 744. **310**
- Jul. In vico Colonia. Ato habitator in Colonia donat ecclesiae S. Michaelis archangeli in proprio suo territorio ab ipso fundatae sextam portionem omnium rerum suarum, reservat sibi usumfructum et ius presbyteri ordinandi. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 93 no. 53; Barsocchini V, 2, 42 no. 67 quaedam emendat; Troya 745. **311**
- Mart. — Aug. In civ. Suana. Auduald vendit Possoni praedium 'in loco qui dicitur Aggellu' situm. 'Desid. et Adel. a. IV. et I, ind. XIII'. Ex autogr. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 570 no. 56; Troya 746. **312**
- Oct. 4. Ticino in palacio. Desiderius et Adelchis reges et Ansa regina confirmant monasterio S. Salvatoris Brixiano omnes possessiones, concedunt monialibus ius abbatissae ex ipsis eligendae, submittunt defensionem ac tuitionem eiusdem monasterii xenodochium SS. Mariae, Petri et Pauli Ticinense. 'Anno regni nostri quarto et secundo, ind. quinta-decima' (l. XIV). Apogr. s. XI. bibl. Quirin. Brix. — Margarino, Bull. Casin. II, 6; Odorici, Storie Bresciane III, 34 = Cod. dipl. Bresc. no. 17; Orti-Manara, Penisola di Sirmione ill. p. 197. Troya 747; Hist. patr. mon. XIII, p. 40 no. 20. **313**
761. Ind. 14 — Spt. 1 — 15; Desiderii a. 4 — Mart. — 5; Adelchis a. 2 — Aug. — 3.
- Jan. Luca. Aripald vendit Teudiperto omnes res suas pretio sol. 50. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 43 no. 69; Troya 749. **314**
- Jan. Luca. Lopulo presbyter promittit Peredeo episcopo (Lucensi), se ecclesiam S. Reguli 'prope waldo', cuius rector ordinatus est, bene fideliterque recturum esse. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 42 no. 68; Troya 750. **315**
- Jan. In Marsis. Allo et Aluhinus monachi S. Vincentii vendunt cum consensu Hermeperti abbatis Halano abbati

- monasterii S. Mariae (Farfensis) terram cum oliveto in loco qui appellatur Valerianus sitam et colonos ibidem residentes. 'Temp. Gisulphi . . a. ducatus II, . . ind. XIV'. Reg. Farf. 50; Troya 751. **316**
- Febr. 5. Luca. Alamund abbas monasterii S. Petri in Campo Maiure et Peredeus episcopus (Lucensis) faciunt inter se cambium casarum massariciarum. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 35 no. 26; Barsocchini V, 2, 44 no. 70 quaedam emendat; Troya 755. **317**
- Febr. In vico Campulo. Blanco et Ursicino, filius eius, donant ecclesiae S. Benedicti in vico Campulo omnes res suas. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 44 no. 70; Troya 754. **318**
- Febr. In civ. Reatina. Gisolphus dux (Spoletinus) 'cum Gunperto misso regis atque reliquis iudicibus, hoc est Teutone episcopo, Alfrido gastaldio de Reate, Heleutherio de Noceria gestaldio' et aliis iudicatum facit inter Alfridum exercitalem et Iohannem monachum (Farfensem) de ecclesia S. Anthimi 'in casale qui dicitur Acutianus' a maioribus Alfridi aedificata, quae S. Mariae (Farfensi) adiudicatur. Reg. Farf. 53; Fatteschi p. 267 no. 15; Troya 756. **319**
- Mart. 25. In loco Veneria. Sundebadus 'qui et Alipertus, filius Barbuli exercitalis, habitatoris civitatis Reatinae' donat monasterio S. Mariae (Farfensi), 'ubi Halanus abbas esse videtur', omnes res suas 'in Criptulam' sitas. 'Temp. Gisulphi ducis a. VI. (l. II.) per ind. XIV. et v. m. Alfrido gast.' Reg. Farf. 54; Troya 758. **320**
- Mart. 25. Brixia. Godolus subdiaconus vendit solidis 4 Anselpergae abbatissae ius canalís per suam terram ad monasterium S. Salvatoris Brixianum perducendi. 'Desid. et. Adel. a. V. et II'. Apogr. s. XI. bibl. Quirin. Brix. — Muratori, Ant. I, 667; Troya 759; Hist. patr. mon. XIII, p. 43 no. 21. **321**
- Mart. 25. Brixia. Valerianus et Liodoaldus habitatores civitatis Brixianae concedunt Anselpergae abbatissae ius aquae per terram suam ad monasterium S. Salvatoris perducendae, pro qua concessione accipiunt 'launichild, secundum legem suam', solidos 6 et tremisses 2. Apogr. s. XI. bibl. Quirin. — Muratori, Ant. III, 761; Troya 760; Hist. patr. mon. XIII, p. 45 no. 22. **322**
- Mart. In loco Malliano. Audo tradit monasterio S. Mariae (Farfensi) casam suam 'cum oratorio S. Eugenie in loco qui dicitur Mallianus' sitam, quam iam antea eidem monasterio tradiderat, quia cavallum de casa S. Mariae furatus compositionem solidorum 100 persolvere non potuerat, postea autem contra legem invaserat. 'Temp. Gisulphi a. ducatus II, ind. XIV. et m. v. Alifrido gast. civ. Reat'. Reg. Farf. 51; Galletti, Vestarario p. 88; Troya 757. **323**

- Apr. 17. Brixia. Maurentius qui Bovoreculus nuncupatur, habitator civitatis Brixianae, vendit Ansilpergae abbatissae ius aquae per terram suam ad monasterium S. Salvatoris perducendae, pretio sol. 3 et trem. Apogr. s. XI. bibl. Quirin. — Muratori, Ant. III, 759; Troya 761; Hist. patr. mon. XIII, p. 46 no. 23. **324**
- Apr. In civ. Reatina. Gisulphus dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi), petente Halano abbate per Sisinium referendarium regis, 'medietatem de gualdo in finibus Ciculanis sito et medietatem de castaneto qui dicitur Sessiale'. 'Regn. d. Desiderio et Adelchiso . . anno regni eorum V. et II, temp. Gisulphi . . a. ducatus eius II. . . Per ind. XIV, sub Alifrigo gastaldio et Lupone archiporcario nostro'. Reg. Farf. 55; Fatteschi p. 268 no. 16; Troya 764. **325**
- Apr. In Reate. Gisulphus dux (Spoletinus) una cum iudicibus iudicatum facit inter Varosum et Adroaldum monachos, iussu Halani abbatis rem agentes monasterii (Farfensis), et Campulum 'hominem Reatinum de casale qui nominatur Mallianus', quod, utraque parte pro compositione furti ab Eudone acceptum sibi vindicante, monasterio Farfensi adiudicatur. 'Anno ducatus Gisulphi III, . . ind. XIV'. Reg. Farf. 52; Galletti, Vestarario p. 90; Troya 763. Cf. supra no. 323. **326**
- Mai. 15. (Lucae). Sunderad et Peredeus, patruus eius, episcopus Lucensis notitiam faciunt servorum inter se distributorum et in libertatem dimissorum. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 94 no. 54; Barsocchini V, 2, 45 no. 72 quaedam emendat; Troya 765. **327**
- Jul. In Reate. Hildericus actionarius commutat cum Halano abbate monasterii S. Mariae (Farfensis) 'aratoriae terrae petias tres', pro quibus recipit basilicam S. Agathae 'foris muros civitatis Reatinae' sitam cum rebus appertinentibus. 'Regn. d. n. Desiderio et Adelchiso . . a. regni eorum V. et II. et temp. d. Gisulphi gl. ducis ducatus Spoletani . . per ind. XIV. . . Sub v. m. Alifrigo gast.' Reg. Farf. 56; Galletti, Chiese di Rieti p. 77; Troya 766. **328**
- Sept. 10. Ticino. Anselperga abbatissa monasterii S. Salvatoris Brixiani commutat cum Natalia, uxore Alehis gastaldi regis, et Pelagia abbatissa monasterii S. Iohannis Laudensis, sororibus, quaedam praedia. Inter testes: 'Lazaro gastaldio domne regina.' Ex apogr. bibl. Quirin. ed. Muratori, Ant. V, 499; Troya 770; ex apogr. s. XII. ed. Odorici, Hist. patr. mon. XIII, p. 48 no. 25. **329**
- Oct. 1. Luca. Auripert presbyter donat ecclesiae S. Martini Lucensi casam ecclesiae S. Agathae, post ipsius et eius

- quem ibidem rectorem ordinaverit mortem in possessionem S. Martini transituram. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 45 no. 73; Troya 771. 330
- Oct. In loco Gurgite. Pettula donat ecclesiae S. Pauli omnes res suas 'excepto scherpa sua', usufructu sibi reservato. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 46 no. 74; Troya 772. 331
- * Dec. Civitate Papia. Desiderius rex confirmat, petente Theuttumaro abbate, monasterio S. Benedicti Casinensi omnes possessiones, concedit privilegia. 'Anno regni (Desiderii) V, per ind. XII'. Ex Petri diac. Reg. Casin. no. 101 ed. Tosti, St. di Montecasino I, 90; Troya 773. Spurium. 332
- c. 761.
— (Brixiae). Notitia mutila de divisione curriculae aquae inter Sabationem archipresbyterum basilicae S. Desiderii, Deusdedit presbyterum basilicae S. Iohannis euang., Petrum clericum basilicae S. Eufemiae, cum auctoritate Benedicti episcopi Brixiani facta. Ex apogr. vetust. Quirin. Muratori, Ant. II, 407; Odorici, Stor. Bresc. III, p. 38 no. 20; Troya 762; Hist. patr. mon. XIII, p. 47 no. 24. 333
762. Ind. 15— Spt. 1—1; Desiderii a. 5— Mart. —6; Adelchis a. 3— Aug. —4.
- Apr. Luca. Fridulo de Brancalo commutat cum Rachiprando 'presb. eccl. S. Mariae in loco Sexto tertia parte de casa in loco Mitiano et una petia de vinea in eodem loco', et recipit 'una clausura de vinea in Brancalo'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 46 no. 75; Troya 777. 334
- Mai. 26. et 27. (Lucae). Perceus episcopus (Lucensis) divisionem facit cum Sunderado nepote suo rerum illarum, quas antea communes possederunt. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 96 no. 55; Barsocchini V, 2, 47 no. 76 multa emendat et addit; Troya 778. 335
- Mai. Ad monast. SS. omnium apost. sito Nonantula. Erfo et Zanto monachi et Marcus abbas, fratres, donant monasteriis duobus in finibus Foroiuliensibus ab ipsis in honorem SS. Mariae, Iohannis bapt. et Petri apostoli, alteri coenobio monachorum in Sexto, alteri monialium, cui Piltroda, mater ipsorum, abbatissa praeerat, 'in ripa quae vocatur Salto' fundatis, omnes res suas, constituunt quaedam de abbate et abbatissa eligendis, rogant Sigvaldum patriarcham Aquileiensem, ut illa monasteria tueatur. — Ex apogr. edd. Asquini, Uomini ill. del Friuli p. 111; Madrisius, Ad opp. S. Paulini Aquil. app. II; De Rubeis, Mon. Aquil. c. 336; Troya 906. 336
- Mart. — Aug. Ticino in palatio. Gisilpert de Berona Bursio maior domus, Arsiulf gast. iussu Desiderii regis

iudicatum faciunt inter Tarsonem gasindium regium, causam Rodtrudae agentem, et Alpertum Pisanum de xenodochio Pisano ab Auiperto, fratre Alperti, fundato, quod Rodtrudae consentiente Desiderio rege adiudicatur. 'Anno Desid. et Adel. VI. et III, per ind. XV'. Ex apogr. arch. Roncioni Pis. ed. Capei (Pisa 1845); Troya 791. **337**

Aug. In curte Montellari. Atrichus (Arichis) dux (Beneventanus) iudicatum facit inter Mauritium abbatem monasterii S. Benedicti Beneventani et Coelestinum, Lupum, Ursum libertatem sibi ex praeceptis priorum ducum vindicantes, qui secundum praecepta canonica et instituta edicti gentis Lang. a Liutprando rege facta S. Benedicto adiudicantur. Reg. S. Soph. Ben. II, 15; Ughelli X, 453; Troya 779. **338**

Aug. Beneventi in palatio. Atrichis dux (Beneventanus) donat 'per rogam Griserisci stolesari' Municulano gastaldo suo servos duos, 'qui fuerunt de actu Casianense' Cunasii gastaldi. Reg. S. Soph. III, 30; Ughelli X, 466; Troya 780. **339**

Sept. 28. Luca. Gauspert clericus commutat cum Peredeo episcopo (Lucensi) agros ecclesiae S. Fridiani, cuius rector ordinatus est, pro quibus recipit praedium ecclesiae S. Michaelis. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 28 no. 21; Troya 782. **340**

Jul. — Oct. Spoleti Gisulfus dux aut moritur aut ducatu privatur. (Cf. Oelsner, Pippin p. 442).

Oct. In loco Vallis Tybae. Theodorus, filius Theodichis exercitalis Reatini, donat monasterio S. Mariae (Farfensi) eiusdemque abbati Halano omnes res suas. 'Regn. d. n. Desiderio et Adelchis . . a. regni eorum VI, . . ind. I, et v. m. Alefrido gast.' Reg. Farf. 54; Troya 783. **341**

Oct. 22. In Monte Alto. Causari clericus donat ecclesiae S. Georgii ab ipso in Monte Alto fundato medietatem omnium rerum suarum, reservat sibi et heredibus suis ius presbyteri ordinandi. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 9 no. 5; Troya 785. **342**

Oct. 26. — Paulus papa monasterium S. Salvatoris Brixienne, petente Ansilperga abbatissa, ex cuiuscunque sacerdotis potestate eximit. Coquelines, Bull. Rom. I, 157; Margarino, Bull. Cas. II, 7; Troya 808; Hist. patr. mon. XIII, p. 52 no. 26 ex vetust. apogr. bibl. Quirin.; Iaffé 1809. **343**

Dec. 10. In vico Lusciano. Ermicauso suscipit casam ecclesiae S. Martini 'in loco Maritima' sitam a Peredeo episcopo (Lucensi) et promittit se certum censum persoluturum et angaria facturum esse. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 48 no. 79; Troya 786. **344**

Dec. 12 (vel. 8. 7). In Colomnata. Boniperto suscipit casam ecclesiae S. Martini 'in loco Maritima' sitam a Peredeo

episcopo et promittit censum se quotannis persoluturum et angaria facturum esse. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 98 no. 56; Barsocchini V, 2, 49 no. 80 quaedam emendat et addit; Troya 787. 345

Dec. 17. Ticino in palatio. Desiderius rex confirmat, Halano abbate petente, monasterio S. Mariae (Farfensi) monasterium S. Ipoliti a Benetranda donatum et praedia a Gualterio clerico donata. 'Anno regni nostri VI, ind. I'. Reg. Farf. 58; Fatteschi p. 268 no. 17; Troya 788. 346

* — — 'Desiderius rex Theodulpho Cumano episcopo comitatum Berinzonae confirmat, necnon praedecessorum regum privilegia Cumanae ecclesiae concessa'. Sic refert Tatti, Ann. sacri di Como I, 945. 347

759—762.

— — Desiderius rex confirmat Aistulfi regis praeceptum, quo ille Ermiperto eccl. et monast. S. Petri prope muros civitatis Lucensis situm tradiderat. Ita refert idem Ermipert in charta a. 763, Febr. 16. 348

763. Ind. 1— Spt. 1—2; Desiderii a. 6— Mart. —7; Adelchis a. 4— Aug. —5.

c. Jan. Febr. Spoleti Theodicius dux a Desiderio rege constituitur. (Cf. Oelsner, Pippin p. 443).

Jan. — Mart. in. In monast. (Farfensi). Hisemundus et Chrisantus vendunt Halano abbati monasterii (Farfensis) 'terram suam in loco qui dicitur Criptula. Regn. Desiderio et Adelchi a. VI. et IV. et v. gl. Theodicii ducis, per ind. I'. Reg. Farf. 59; Troya 784. 349

Febr. 4. Ad eccl. S. Marie in Sexto. Baruccio et Teuderisci presbyter fratres et Auuerisci, nepos eorum, vendunt Rachiprando presbytero ecclesiae S. Mariae casam suam cum rebus appertinentibus in loco Urticaria sitam solidis 80. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 49 no. 81; Troya 792. 350

Febr. 16. Luca. Ermipert clericus, cui ab Aistulfo rege monasterium S. Petri commissum erat, concedit idem Peredeo episcopo (Lucensi), ea conditione ut quoad vivat in suo iure permaneat. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. V, 413; Brunetti I, 572 no. 57; Barsocchini V, 2, 50 no. 82; Troya 793. 351

Mart. 1. Pisa. Liutpeltu tradit se omnesque res suas ecclesiae S. Petri ad Septem Pinos, constituit, ut ipso mortuo Alderadae, uxori suae, si vidua permanserit, dimidia partis omnium rerum ususfructus eveniat. 'Desid. et Adel. a. VII. et IV, ind. I'. Ex arch. archiep. Pis. ed. Muratori III, 1009; Brunetti I, 573 no. 58; Troya 795. 352

Mart. Pubiliano. Lopuald clericus donat Forcolanae agrum in vico Pubiliano situm. 'Desid. et Adel. a. VI. et IV,

- ind. I'. Ex autogr. ed. Maffei, Verona ill. I, 2, 638 no. 6; Troya 807. **353**
- Apr. 17. Luca. Ratpert presbyter, rector ecclesiae S. Genesii 'in loco et plebe ad vico Walari' ordinatus, promittit Peredeo episcopo, officio suo se bene et canonice functurum esse. Ex arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b no. 1; Troya 796. **354**
- Mai. 15. Clusi. Candidus vendit Audperto et Baroncello fratribus Bonipergam mulierem cum infantulo solidis 21. 'Desid. et Adel. a. VII. et V, ind. I'. Ex autogr. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 575 no. 59; Troya 803. **355**
- Mai. In monast. (Farfensi). Hisemundus 'homo Reatinus' tradit Haunelassium, filium suum, et omnium rerum suarum dimidiam partem Halano abbati monasterii Farfensis. 'Regn. Desiderio et Adelchisio a. VII. et IV, ind. II. (l. I), et temp. Theodicii ducis et Alefridi gast. civ. Reat'. Reg. Farf. 62; Galletti, Chiese di Rieti p. 59; Troya 817. **356**
- Jul. Spoleti in palatio. Theodicius dux (Spoletinus) concedit monasterio S. Mariae (Farfensi) decimas frumenti de curte sua Amiternensi et vini de curte Interocrina, 'pro mercede piissimorum d. n. regum'. 'Regn. Desiderio et Adelchisio a. VII. et IV. . . Anno ducatus nostri I, per ind. I, sub Alifrido gastaldio'. Reg. Farf. 60; Fatteschi p. 269 no. 18; Troya 804. **357**
- Aug. In curte domnica in Musileo. Auderisius de Reate donat monasterio S. Mariae (Farfensi) eiusque abbati Halano quintam partem omnium rerum suarum, traditque cum filio suo Hauneperto portionem eius, usumfructum sibi reservans. 'Regn. d. n. Desiderio et Adelchisio a. VII. et IV. et temp. Theodicii ducis, per ind. I'. Reg. Farf. 61; Galletti, Chiese di Rieti p. 4 n.; Troya 805. **358**
- Dec. In monast. S. Mariae. Luccianus colonus monasterii S. Mariae (Farfensis) donat, quia liberos non habet, rerum suarum maximam partem eidem monasterio, usufructu sibi reservato. 'Regn. Desiderio et Adelchisio a. VII. et IV, et temp. Theodigii ducis et Alefridi gast. civ. Reat., ind. III'. (Anni regum secum et cum indictione III. non congruunt, ideo charta et anno 763. et a. 764. tribui potest). Reg. Farf. 66; Galletti, Gabio p. 89; Troya 829. **359**
764. Ind. 2—Spt. 1—3; Desiderii a. 7—Mart. —8; Adelchis a. 5—Aug. —6.
- Jan. 16. Luca. Anspald legat omnes res suas, quas moriens reliquerit, monasterio S. Mariae intra Lucensem civitatem ab ipso fundato, ea conditione ut ipso mortuo monasterium in potestatem Ratrudae cognatae suae eveniat. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. III, 573; Brunetti I, 577 no. 60; Bertini IV, 1^b, 99 no. 57; Troya 809. **360**

- Jan. 21. Luca. Luitpert 'homo liber' a Peredeo episcopo casam ecclesiae Lucensis 'in loco Ligori' sitam suscipiens, promittit census se persoluturum et angaria facturum esse, 'sicut est consuetudo vobis facere alii massarii de ipso loco'. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 51 no. 85; Troya 810. **361**
- Mart. In Reate. Corvillus promittit monasterio S. Mariae (Farfensi), se suosque heredes nunquam sub poena solidorum 100 de monasterio S. Eugeniae in Malliano contra monast. Farfense litigaturos esse, quum ipsi, qui 'contra rationem' eccl. S. Eugeniae invaserat, compositio solidorum 40 remissa esset. 'Regn. Desiderio et Adelchi VIII. et V, et temp. Theodici ducis, et Alefrido gast. civ. Reat., ind. II'. Reg. Farf. 63; Troya 813. **362**
- Mai. Luca. Homicio de castello Achinolfi vendit Baruncello et Pettulo fratribus petiam terrae ad Vignale dictam, 'in loco Asulari' sitam. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 52 no. 86; Troya 818. **363**
- Mai. Luca. Teutprand et Gumpranda coniuges donant ecclesiae S. Michaelis archangeli ab ipsis intra civitatem Lucensem fundatae diversa praedia. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 101 no. 58; Barsocchini V, 2, 52 no. 87 quaedam emendat additque; Troya 819. **364**
- Mai. In Prata. Arnaisclo vendit Alduli presb. vineam 'in loco Prata' sitam. 'Temp. Arechis ducis . . a. septimo ducatus, per ind. II'. Ita refert charta a. 1020. Gattola, Hist. Casin. I, 34; Troya 820. **365**
- Mai. In monast. (Farfensi). Rimichis commutat cum Halano abbate (Farfensi) 'casalem qui dicitur Pinianus', pro quo recipit 'medietatem de casale qui dicitur Mallianus. Regn. Desiderio et Adelchi a. VIII. et V, et temp. Theodici ducis, et Alifredo gast. civ. Reat., per ind. II'. Reg. Farf. 64; Troya 821. **366**
- Mai. Jun. Ticini. Desiderius rex Philippum presb. et Ursum legatos Pauli papae ad Pippinum regem directos iter pergere vetat. Cod. Carol. ep. 36, p. 127.
- Jun. 29. Luca. Crispino donat ecclesiae S. Martini ab ipso fundatae diversa praedia, reservat sibi et Teuselmi, filio suo, presbytero eiusdem ecclesiae, ius presbyteri ibidem ordinandi, constituit ut se filioque suo mortuis ecclesia in potestatem episcopi Lucensis transeat. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 103 no. 59; Troya 822. **367**
- Jul. 9. Pistoria. Aiduald quondam presbyter de monasterio S. Silvestri Pistoriensi, tunc monachus S. Bartholomaei Pistoriensis, donat eidem monasterio monasteria S. Silvestri prope muros Pistorienses et S. Angeli loco Monticunule sita. Apogr. arch. dipl. Florent. — Muratori, Ant. V, 407;

Zaccaria, *Anecd. Pistor.* p. 271; Brunetti I, 579 no. 61; Troya 823. **368**

Sept. In Reate. Lupo actionarius commutat cum Halano abbate monasterii S. Mariae (Farfensis) 'tertiā portionem de casale, qui est in Scandiliano', et recipit 'in cambio casalem, qui dicitur Maurianula. Regn. Desiderio et Adelchiso a. VIII. et VI, temp. Theodicii ducis, et Alefridi gast. civ. Reat'. Reg. Farf. 70; Galletti, *Vestarario* p. 83; Troya 825. **369**

Dec. 22. In Agello ad eccl. S. Marie. Sundipertu 'presb. qui et Sprincho vocatur, avitator in vico prope plebe eccl. S. Martini', promittit Peredeo episcopo, cuius cum consensu ecclesiam S. Quirici restauraverat, se suosque successores eandem ecclesiam nunquam potestati episcoporum Lucensium subtrahere praesumpturos esse. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 53 no. 89; Troya 811. **370**

Dec. Luca. Peredeus episcopus Lucensis iudicatum facit inter Gundualdum et Lucipertum presbyteros de casa quadam in loco Campulo sita, quae Gundualdo adiudicatur. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 105 no. 60; Troya 827. **371**

Dec. In Reate. Siso vendit Halano abbati (Farfensi) agri 'petiam unam et vinea tabularum duarum et olive tallias 8. Regn. Desiderio et Adelchisio VIII. et VI, et temp. Theodicii ducis, et Alfredo gast. civ. Reat., per ind. III'. Reg. Farf. 67; Galletti, *Vestar.* p. 85; Troya 830. **372**

765. Ind. 3—Spt. 1—4; Desiderii a. 8—Mart. —9; Adelchis a. 6—Aug. —7.

Jan. Pisas. Audipertu qui et Argentio vocatur donat ecclesiae S. Margarethae Pisanae, 'quam nunc Aluerto presbyter a fundamentis edificavit,' casam massariciam 'in loco Colline' sitam. Ex arch. archiep. Pis. ed. Muratori, *Ant.* III, 1011; Brunetti I, 582 no. 62; Troya 831. **373**

764, Aug. — 765, Mart. — Desiderius et Alehis reges donant coenobio monialium S. Salvatoris Brixiano omnes res Cunimundi de Sirmione cassatas, quia idem Manipertum gasindum Ansa reginae occiderat, sed petente Ansa regina concedunt eidem Cunimundo, 'ut usufructuario nomine res suas habeat dum vixerit'. Apogr. bibl. Quirin. s. XI. — Margarino, *Bull. Cas.* II, 8; Odorici, *Stor. Bresc.* III, p. 41 no. 24; Troya 838; Orti-Manara, *Sirm. ill.* p. 199; *Hist. patr. mon.* XIII, p. 54 no. 27. **374**

Mart. In monast. S. Mariae (Farfensi). Manno habitator Malliani vendit Halano abbati (Farfensi) 'omnem substantiam, quantam in ipso loco habere videtur' solidis 100. 'Regn. Desiderio et Adelchi a. VIII. et VI, et temp.

- Theodicii (ducis) Spoletani et Alefridi gast. civ. Reat., ind. III'. Reg. Farf. 69; Troya 832. 375
- Mart. In monast. S. Mariae (Farfensi). Lucanulus habitator Corneti vendit Halano abbati (Farfensi) 'omnem substantiam, quantam in ipso loco habere videtur', solidis 100. 'Regn.' etc. ut in charta praeced. Reg. Farf. 68; Troya 833. 376
- Mart. In vico Capomarta. Wilimundu, 'havitator in vico Mariano', vendit Valicario agellum tremiss. 7. 'Regn. Desiderius et Adelchis a. IX. et VI, per ind. III'. Ex autogr. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 583 no. 63; Troya 834. 377
- Mart. In civit. Reatina. Theodicius dux recipit ab Halano abbate S. Mariae (Farfensi) 'gualdum Alegiam', ab Hailstulfo rege monasterio (Farfensi) donatum, pro quo concedit ut iumenta et pecora eiusdem monasterii in gualdis publicis pascantur. 'Regn. Desiderio et Adelchisio VIII. et V' (l. VI). 'Anno ducatus nostri III, per ind. III, sub Alifrido gastaldio et Rimone maripassa'. Reg. Farf. 65; Fatteschi p. 269 no. 19; Troya 812. 378
- Apr. 1. — Teudemari vendit Airoaldo 'terra Pusetas in casale Quaratule' solidis 4. Ex autogr. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 586 no. 64; Troya 835. 379
- Mai. Civitate Lucense. Adoald presbyter, rector ecclesiae S. Sabini loco Asulari sitae, Aripertum clericum, nepotem suum, successorem sibi constituit per consilium Peredei episcopi (Lucensis). Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 106 no. 61; Troya 836. 380
- Mai. 25. Clusii. Alpertus et Walfusus fratres vendunt Saxxo et Piperello fratribus 'terra Pusetta prope civitate Clusina' solidis 4 et tremisse. Ex autogr. arch. dipl. Florent. ed. Pizzetti, Ant. Tosc. I, 90; Brunetti I, 587 no. 65; Troya 837. 381
- Jun. 13. — Cunimund donat ecclesiis S. Martini et S. Viti in castro Sermione, S. Petri in Mavinas, S. Martini in Cusenago sitis, ad monasterium S. Salvatoris Brixianum pertinentibus, 'curtem in Gosenagio, casale in loco ubi dicitur Stulengarius, casale in Marmolendolo'. Apogr. Quirin. s. XI. — Margarino II, 8; Odorici, Stor. Bresc. III, p. 42 no. 25; Orti-Manara, Sirm. ill. p. 201; Troya 839; Hist. patr. mon. XIII, p. 57 no. 29. 382
- Jul. Ad eccl. S. Agathi. Regnulo donat ecclesiae S. Agathae paene omnes res suas, exceptis silva et oliveto 'ad Rivo Serre' et agro 'in loco Macritula' sitis. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 108 no. 62; Barsocchini V, 2, 54 no. 92 addit subscriptiones testium; Troya 840. 383
- Aug. 20. Mediolani. Ursus donat oratorio b. Ambrosii 'in loco Turriglas' prope civitatem Mediolanensem sito petiam

- agri ibidem sitam. 'Regn. Desid. et Adel. a. IX. et VII, ind. III'. Ex autogr. arch. S. Fidelis Mediol. ed. Fumagalli, Cod. dipl. S. Ambr. p. 33 no. 8; Troya 841; Hist. patr. mon. XIII, p. 55 no. 28. **384**
- Aug. 24. Luca. Bando vendit Rachipertae relictæ Ratfunsi, nepotis sui, res ad Ruchi sitas solidis 6. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 54 no. 93; Troya 843. **385**
- Oct. Clusii. Bonulus vendit Guntifrido res suas 'in casale Ossine' sitas et promittit residentem se in iisdem rebus operam duodecim dierum Guntifrido præstiturum esse. Ex autogr. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 589 no. 66; Troya 844. **386**
- Auctumni tempore Romam ad apostolorum limina causa orationis Desiderius rex profectus cum Paulo papa de iustitiis per missos utriusque partis restituendis et recipiendis convenit. Cod. Carol. ep. 37, p. 133. (Annus non satis constat).
- Dec. Lucam. Rixsolfus presbyter donat, consentiente Regnolfo abbate, patre suo, ecclesiae SS. Mariae et Donati a Regnolfo fundatae paene omnem substantiam suam, exceptis 250 solidis et 12 servis, reservato sibi et Lucipergae matri et sororibus suis usufructu et iure rectoris eiusdem ecclesiae ordinandi. — Autogr. arch. archiep. Luc. — Muratori, Ant. II, 1025; Brunetti I, 591 no. 67; Barsocchini V, 2, 55 no. 94; Troya 845. **387**
- Dec. In casale Mutella, ad eccl. SS. Septem fratrum. Siso, 'homo Reatinus', tradit Halano abbati monasterii S. Mariae (Farfensis) octavam partem casalis Antiani, id est rem hereditariam Gualdiperti, filii sui, in eodem monasterio regulam S. Benedicti professi. 'Regn. Desiderio et Adelchi a. VIII. et VII, et Theodicii ducis Spoletani, ind. III'. Reg. Farf. 71. ed. Troya 847. **388**
- Dec. 25. Luca. Aunipert, 'avitator in vico Ariana', tradit consentiente Mauro, patre suo, ecclesiae S. Agathae in loco Tempaniano aedificatae se ipsum cum omnibus rebus suis. — Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 56 no. 95; Troya 846. **389**
- 758—765.
- — Arichis dux Beneventanus iudicatum de lite inter monasterium S. Vincentii Vulturense et Rodoaldum gastaldeum agitata facit. Ita traditur in charta no. 400. **390**
766. Ind. 4—Spt. 1—5; Desiderii a. 9—Mart. —10; Adelchis a. 7—Aug. —8.
- Jan. 20. Ticino in palatio. Adelchis rex confirmat, petente Ansilperga abbatissa, sorore sua, omnes possessiones

coenobii monialium S. Salvatoris Brixiani. 'Anno regni nostri septimo, per ind. IV'. — Apogr. Quirin. s. XI. — Margarino, Bull. Cas. II, 9; Odorici, Stor. Bresc. III, p. 44 no. 26; Troya 848; Hist. patr. mon. XIII, p. 58 no. 30. **391**

Jan. In Reate. Theodosius commutat cum Halano abbate (Farfensi) casam massariciam 'in loco qui dicitur Mallianus' sitam et recipit 'in cambio' dimidiam partem rerum, quas Teuderisinus, avus Halani abbatis, monasterio S. Mariae (Farfensi) per cartam confirmavit. 'Regn. Desiderio et Adelchisio a. VIII. et VII., et temp. Theodicii ducis Spoletani, per ind. IIII'. Reg. Farf. 72; Galletti, Vestarario p. 87; Troya 849. **392**

Febr. 23. (aut Mart. 7). Montenonni. Deusdona clericus, qui Lellio vocatur, donat ecclesiae S. Columbani prope civitatem Lucensem constructae agellum et petiolam vineae 'in loco qui vocitatur Aspa' sita. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 57 no. 96; Troya 850. **393**

Mart. 3. Ticino in palatio. Adelchis rex confirmat monasterio S. Salvatoris Brixiano, petente Ansilperga abbatissa, sorore sua, omnes possessiones, praecipue a parentibus suis, ab ipso, a Verissimo avo, Domnolo et Arichiso clerico, avunculis suis, donatas; confirmat omnes chartulas eiusdem monasterii 'id est donationes, venditiones, commutationes, obligationes atque libellos. Anno regni nostri VII. per ind. IV'. — Apogr. Quirin. s. XI. — Margarino, Bull. Cas. II, 10; Odorici, Stor. Bresc. III, p. 45 no. 27; Troya 851; Hist. patr. mon. XIII, p. 59 no. 31. **394**

* **Apr.** In Reate. Scambertus donat monasterio S. Mariae (Farfensi) quasdam curtes. 'Regn. Desiderio et Adelchisio a. VIII. et VII., sed et temp. d. Adriani sanctissimi papae et Theodicii ducis Spol., et v. m. Hilderici gast. civ. Reat., per ind. IIII. Actum . . per Andream iudicem'. (Adrianus a. 772. demum papa electus est). Reg. Farf. 73. edd. mutilum Galletti, Chiese di Rieti p. 29 n.; Fatteschi p. 223; Troya 852. **395**

* **Apr.** In Reate. Hildericus castaldius donat monasterio S. Mariae (Farfensi), 'ubi Probatas abbas esse videtur', curtem 'in loco qui vocatur Pontianus' sitam. 'Regn. Desiderio et Adelchi a. VIII. et VII., et temp. Theodicii ducis Spol. et Hilderici cast. civ. Reat., per ind. IIII'. Reg. Farf. 93; Galletti, Chiese di Rieti p. 29 n.; Troya 853. (Anno 766. Probatas nondum abbas fuit). **396**

Apr. Ad oratorium S. Mariae in Fagiano. Miccinellus, 'habitor vici Palentianae', vendit Halano abbati monasterii S. Mariae (Farfensis) 'unam tabulam de vinea infra casale

- Fagianum' sitam. 'Regn. Desiderio et Adelchis a. X. et VII, ind. VIII'. (l. IV). Reg. Farf. 74; Troya 854. **397**
- Jun. Spoleti in palatio. Teudicius dux (Spoletinus) donat 'pro mercede piissimorum d. n. regum' monasterio S. Mariae (Farfensi) eiusque abbati Halano 'casalem nomine Pater-nionem, qui pertinet ad curtem Germanicianam. Regn. Desid. et Adel. X. et VII. Anno ducatus nostri IIII, per ind. IIII. Sub Godiscalco actionario nostro'. Reg. Farf. 75; Troya 855. **398**
- Jun. In vico Palentiana, ante eccl. S. Petri. Ferulus vendit Halano abbati S. Mariae (Farfensis) 'unam tabulam vineae in casale Fagiano' sitae solidis 8. 'Regn. Desid. et Adel. a. X. et VII, ind. IV'. Inter testes: 'Radechis centenarius'. Reg. Farf. 76; Troya 856. **399**
- Jun. Benevento. Iohannes abbas monasterii S. Vincentii Vultur-nensis et Radoaldus gastaldeus causam agens libe-rorum Alachis pacto convenientes dividunt inter se quasdam res, de quibus iam diu lis ante Aistulfum regem et Ari-chisum ducem acta erat. 'Temp. gl. s. ducis g. L. (Arichis), anno nono ducatus eius, per ind. quarta'. Chron. Vultur-n. II. ed. Muratori, SS. I, 2, 394; Troya 857. **400**
- Jun. 26. Luca. Teudiprandus clericus donat ecclesiae S. Petri in Cappiano duas casas massaricias, usufructu sibi reser-vato. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 57 no. 97; Troya 861. **401**
- Jul. 1. Luca. Braifred, 'havitator in civitate Pisae', tradit Peredeo episcopo Lucensi 'in viganium' Alvam ancillam, uxorem massarii eius Ursali, et recipit ab eodem 'in viganium' ancillam Gulpergam cum duobus infantibus. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 58 no. 98; Troya 862. **402**
- Aug. 6. Luca. Teutperto et Teudiperto tradunt se omnesque res suas ecclesiae S. Martini Lucensi, ea conditione ut ipsi heredesque sui in iisdem residentes quotannis solidum prae-fatae ecclesiae persolvant. 'Regn. Desid. et Adel. a. X. et VII, per ind. IV'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bar-socchini V, 2, 59 no. 99; Troya 863. **403**
- Dec. 1. Luca. Rotprand presbyter a Peredeo episcopo rector ecclesiae (S. Quirici) ordinatus, promittit bene ac canonice officio 'suo se functurum esse. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 112 no. 64; Barsocchini V, 2, 59 no. 100 quaedam emendat et addit; Troya 865. **404**
767. Ind. 5—Spt. 1—6; Desiderii a. 10—Mart. —11; Adelchis a. 8—Aug. —9.
- Febr. 5. Pistoria. Gaidualdus medicus regum donat mona-sterio S. Bartholomaei ab ipso extra muros Pistoriensis civi-

tatis fundato nonnullas curtes; submittit eidem monasteria et xenodochia ab ipso Pistoriae et Ticini fundata. — Apogr. s. XI. et XII. arch. dipl. Florent. — Muratori, Ant. V, 949; Brunetti I, 594 no. 68; Troya 866. 405

Febr. In loco Nobule. Galdoin donat ecclesiae S. Salvatoris ab ipso in loco Nobule fundatae res suas in eodem vico et casam massariciam 'in Quesa, vico Piniano', sitas; reservat sibi et heredibus suis ius presbyteri eiusdem ecclesiae ordinandi. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 113 no. 65; Barsocchini V, 2, 60 no. 101 quaedam emendat; Troya 867. 406

Febr. In Gennariano. Ausulo donat monasterio S. Georgii, 'ubi Deusdedit presb. esse videtur', vineam suam. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 60 no. 102; Troya 868. 407

Apr. 9. Pistoria. Guinifredi filiique eius Guillerad et Agrafi, et Saxu donant ecclesiae SS. Petri et Mariae ab ipsis fundatae nonnullas curtes et casas massaricias, constituunt censum a Romanis et massariis in iisdem residentibus persolvendum et angaria facienda, reservant sibi usumfructum rerum donatarum et decernunt, ut ipsis mortuis illa ecclesia cum omnibus rebus in possessionem monasterii S. Bartholomaei transeat. Ex apogr. Pistor. ed. Muratori, Ant. II, 747; Zaccaria, Anecd. Pistor. p. 273; Brunetti I, 599 no. 69; Troya 869. 408

Mai. 1. Luca. Ospertus et Osprandus diaconi, quibus Aude-
radus presb. omnes res suas per cartulam tradidit, offerunt casam eius cum rebus appertinentibus infra Lucensem civitatem sitam ecclesiae S. Martini Lucensi, usumfructum Teudipergae, filiae Gunduli, reservantes. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 61 no. 103; Troya 871. 409

Aug. In monast. S. Mariae (Farfensi). Chrisodono qui et Occio, habitator in Praetorio, donat monasterio S. Mariae (Farfensi) eiusque abbati Halano omnes res suas. 'Regn. Desiderio et Adelchi a. XI. et VIII, seu temp. Theodicii ducis Spol., ind. V'. Reg. Farf. 77; Troya 875. 410

Sept. Luca. Fridulo de Brancalo vendit Deusdedit presb. rectori ecclesiae S. Georgii petiolam terrae in loco Genariano sitam solidis 2. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 61 no. 104; Troya 876. 411

